

James [unclear]  
[unclear]

Res.  

---

2195

A-6-195

Esc. 5000.00  
111

COMPRA

*Ad cardines et populum  
et ipsa ad nos integritate  
vultu la in illis*



DECRETA CONCILII  
TRIDENTINI.

*De sum. fr. Beneficentia in Collegio*

R. 82369

*By the Hon. Secy*









SEQVUNTUR DECRETASACROSANCTI  
OECVMENICI VNIVERSALIS CON-  
CILII TRIDENTINI;




**I**N NOMINE SANCTE ET INDI-  
uidue Trinitatis, p̄ris et filij, et sp̄s̄s̄cti. Amē  
Anno a natiuitate eiusdem Dñi nostri Iesu  
christi millesimo quingētesimo quadragēti  
mo quinto Indictione tertia die vero decima  
tertia mensis Decembris, quæ fuit dies Do-  
minica tertia aduētus Domini, in qua per ec-  
clesiam cantatur in introitu Missæ, Gaudete sedente in Beati Petri  
Apostolorū Principis cathedra, sanctissimo in christo patre et  
Domino nostro Dño Paulo diuina prouidencia Papa tertio Pon-  
tificatus eius anno duodecimo, Tridenti in ecclesia cathedrali, quæ  
est sub inuocatione Beati Vigiliij in loco eminētiori ipsius ecclesiæ  
datū fuit initiū sacro sancto oecumenico & generali Concilio Tri-  
dentino presidentibus in eo, nomine eiusdē sanctissimi Domini  
nostri Pape Reuerendissimis in christo patribus & illustrissimis  
Dominis Dñis Ioannemaria episcopo Prenestino de Monte, et  
Marcello tituli sancte Crucis in Hierusalē presbitero ceruino ac  
Reginaldo sanctæ Mariæ, in Cosmedin Diacono Polo, sanctæ  
Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & Apostolicis de laterc legatis  
in qua quidem inchoatione siue aperitione Concilij celebrauit mis-  
sam solennem de spiritu sancto. Reuerēdissimus et illustrissimus  
Dñs Cardinalis de Mōte Præsides & legatus præfatus, quietiã  
(absoluta missa) solitas orationes legit, ac ceremonias cōsuetas de  
more peregit inuocato auxilio eiusdem sancti spiritus, ac de cātatis  
per cātōres letanijs, & per Diaconū euangelio aliaq; omnia in pu-  
blicis sessiōibus seruari cōsuetæ facta fuerūt. Et ita ad Dei oī potē-  
tis laudē & gloriã ecclesie sc̄tē vnionē & pacē; heresum extirpa-  
tionem, morūq; reformationē celebrata fuit prima publica sessio  
ipsius sacro sancti oecumenici & generalis Cōcilij Tridentini.

SECUNDA SESSIO.

**I**N Dei nomine Amen. Anno christiane salutis millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, indictione quarta, Pontificatus sanctissimi in christo patris & Domini nostri Domini Pauli diuina Prouidentia Pape tertij, anno duodecimo, die vero Iouis septima mensis Ianuarij, Tridenti in Ecclesia Cathedrali celebrata fuit secunda sessio sacrosancti oecumenici & generalis Concilij Tridentini: in qua quidem sessione celebrata missa solemniter de spiritu sancto, lectisq; solitis orationibus, inuocato eiusdem sancti spiritus auxilio, ac consuetis ceremonijs de more peractis, publicatum fuit decretum tenoris infra scripti uidelicet.

**DECRETVM PVBLCATVM IN SECUNDA SESSIONE TRIDENTINI, DIE, VIJ. IANUARIJ. 1546.**



A sacrosancta Tridentina synodus in spiritu sancto legitime congregata, in ea presidentibus eisdem tribus apostolicæ sedis legatis. Agnoscens cum Beato Iacobo Apostolo, quod omne datum optimū, & omne donū perfectum de sursum est descendens à patre luminū: qui ijs qui postulant à se sapientiam, dat omnibus affluenter & non improperat eis & simul sciens quod initium sapientiæ est timor Domini. Statuit & decreuit omnes & singulos christi fideles in ciuitate Tridentina congregatos exhortandos esse (prout exhortantur) ut se à malis & peccatis hactenus commissis emendare ac de cetero in timore Domini ambulare, & desideria carnis non perficere, orationibus instare, sæpius confiteri, Eucharistiæ sacramentum sumere, Ecclesias frequentare, precepta deniq; dominicæ (quæ tum quisq; poterit, adimplere: nec non quotidie pro pace Principum christianorum & vnitæ Ecclesiæ priuatim orare velint, Episcopos vero et quoscūq; alios in ordine sacerdotali constitutos oecumenicum conciliū in ea ciuitate concelebantes, ut assidue in Dei laudibus incubere hostias laudes, & preces offerre: sacrificiū

Missa quolibet saltē die Dominico ( in quo Deus lucem condidit & a mortuis resurrexit ac spiritum sanctum in discipulos infudit ) peragere satagant: facientes sicut idem spiritus sanctus per Apostolum præcipit, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro sanctissimo Domino nostro Papa, pro Imperatore pro Regibus, & ceteris qui in sublimitate constituti sunt, & pro oibus hominibus, vt quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, vt ieiuent saltem singulis sextis ferijs in memoriam passionis Domini: & eleemosynas pauperibus erogent. In ecclesia autē cathedrali singulis quintis ferijs celebretur missa de spiritu sancto cum letanijs & alijs orationibus ad hoc institutis. In alijs vero ecclesijs eadem die dicantur ad minus letaniæ & orationes. Tempore autem, quo sacra peraguntur colloquutiones & consabulationes non fiant sed ore & animo celebranti adlistatur.

Et quoniam oportet Episcopos esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ bene præpositos, hortatur etiam vt ante omnia quilibet in mensa seruet sobrietatem moderationemq; ciborum. Deinde cum in eo loco sæpe ociosi sermones oriri soleant, vt in ipsorum Episcoporum mensis diuinarum scripturarum lectio admiscetur, Familiares vero suos vnusquisq; instruat & erudiat ne sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemī, & voluptatum amatores: vitia demum fugiant & virtutes amplectantur: Et in vestitu, & cultu, & omnibus actibus honestatē præferant, sicut decet ministros ministrorum Dei,

Ad hæc cum huius sacro sancti Cōcilij præcipua cura & sollicitudo, & intentio sit, vt propulsatis heresum tenebris (quæ per tot annos operuerunt terram) catholicæ veritatis lux (Iesu christo, qui vera lux est annuente) candor puritasq; resurdeat: ea quæ reformatione egent, reformentur. Ipsa synodus hortatur omnes ca-



tholicos hic congregatos & congregandos atq; eos præsertim qui sacrarum litterarum peritiam habent. Vt sedula meditatione diligenter secum ipsi cogitent, quibus potissimum vijs & modis ipsius synodi intentio dirigi & optatum effectum sortiri possit, quo maturius & consultius damnari damnanda & probanda probari queant: vt per totum orbem omnes vno ore & eadem fidei confessione glorificent Deū, & patrē Dñi nostri Iesu christi,

**I**N sententijs vero dicendis iuxta toletani Cōcilij statutū in loco benedictionis confidentibus Domini sacerdotibus nullus debeat aut immodestis vocibus per strepere, aut tumultibus perturbare: nullis etiam falsis vanisue, aut obstinatis disceptationibus contendere: sed quicquid dicatur, sic mitissima verborum prolatione temperetur: vt nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

**I**N super ipsa sacra synodus statuit & decreuit, quod si forte contigerit aliquos debito in loco non sedere, & sententiam etiam sub verbo placet, proferre, congregationibus interesse, & alios quoscunq; actus facere, Concilio durante nulli propterea præiudiciū generetur, nulliq; nouum ius acquiratur.

### ✠ TERTIA SESSIO.

**I**N nomine Domini nostri Iesu christi Amen, Anno salutis melesino quingentesimo quadragesimo sexto, Indictione quarta, Pontificatus sanctissimi in christo patris & Domini nostri, Domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertij anno duodecimo die Iouis quarta mensis Februarij, Tridenti in Ecclesia cathedrali, in loco ad Concilium celebrandum & sessiones habendas deputato celebrata fuit Tertia publica sessio. sacro sancti oecumenici & generalis Concilij Tridentini. In qua sessione post celebratam solemnem Missam de spiritu sancto solitasque orationes lectas, ac consuetas ceremonias de more peractas, publicata fuerunt decreta in frascripta, vide licet.

# PRIMUM DECRETUM PV.

blicatum in tertia Sessione Triden-  
tina die. iij. Februa-  
rij. 1551.



In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, pa-  
tris & filij & spiritus sancti. Hæc sacrosancta  
œcumenica & generalis Tridētina Synodus in  
spiritu sancto legitime congregata in ea præsi-  
dentibus eisdem tribus Apostolice sedis legatis  
Magnitudinē rerū tractēdarū cōsiderans, præ-  
sertim earū, quæ duobus illis capitibus de extirpandis heresibus, &  
moribus reformandis cōtinetur, quorū causa p̄cipue est congregata  
Agnosens autem cum Apostolo non esse sibi colluctationem ad-  
uersus carnem & sanguinem, sed aduersus spirituales nequitas in  
cælestibus: cum eodem omnes & singulos in primis hortatur, vt  
confortentur in Domino, & in potentia virtutis eius: in omnibus  
sumentes scutum fidei in quo possint omnia tela nequissimi ignea  
extinguere, atque galeam spei salutis accipiant, cum gladio spiritus,  
quod est verbum Dei. Itaque vt hæc pia eius sollicitudo princi-  
pium & progressum suum per dei gratiam habeat: ante omnia stā-  
tuit & dicernit præmittēdam esse confessionem fidei. patrum exē-  
pla in hoc sequuta, qui sacratoribus concilijs hoc scutum contra  
omnes hæreses in principio suarum actionum apponere consue-  
uere: quo solo aliquando & infideles ad fidem traxerunt, hereticos  
expugnarūt, & fideles confirmarunt. Quare symbolum fidei, quo  
sancta Romana Ecclesia vititur, tanquam principium illud in quo  
omnes, qui fidem Christi profitentur, necessario conueniūt, ac fun-  
damentum firmum & vnicum quod contra portæ inferi nī quam  
præualebunt, totidem verbis quibus in omnibus Ecclesijs legitur,  
exprimendum esse censuit. Quod quidem eiusmodi est. Credo in  
vnum Deum patrem omnipotentem, factorem celi & terræ, vi-  
sibilem omnium & inuisibilem. Et in vnum Dominum Iesum



Christum filium Dei vnigenitum, Et ex patre natum ante omnia secula, Deum de deo, lumen de lumine: Deum verum de deo vero, Genitum non factum consubstantialem patri: per quē omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum & uiuificantem, qui ex patre filio que procedit. Qui cum patre & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi, Amen.

## SECUNDVM DECRETVM tertiæ Sessiois Tridentinæ.



**H**inc adē sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in spiritu sancto legitime congregata, in ea præsidētib; eisdem tribus Apostolicæ sedis legatis. Intelligens multos prælatos ex diuersis partibus accinctos esse itineri, non nullos etiam in via esse, quo huc veniant, Cogitansque omnia ab ipsa sacra Synodo decernenda eo maioris apud omnes existimationis & honoris videri posse, quo maiori fuerint & pleniori patrum concilio & præsentia sancita & corroborata, statuit & decreuit futuram Sessionem post præsentem celebrandam esse die Iouis que subsequetur Dominicam letare, proxime futuram interim tamen non differri discussionem & exami-

natione eorum, quæ in i Synodo discutienda & examinanda videbuntur.

## QVARTA SESSIO.

**I**N nomine Domini amen. Anno à natiuitate Domini nostri Iesu christi millesimo quingentesimo quadragesimo sexto. Indictione quarta Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri Domini Pauli diuina prouidencia Papæ Tertij, anno duodecimo die Iouis octaua mensis Aprilis Tridenti in Ecclesia cathedrali in loco consueto celebrata fuit quarta publica sessio sacrosancti œcumenici & generalis concilij Tridentini in qua peractis de more peragendis publicata fuerunt decreta infra scripta videlicet.

### PRIMUM DECRETVM PV- blicatum in quarta Sessione Tridentina.



**S**acrosancta œcumenica & generalis Tridēti-  
na Synodus in spiritu sancto legitime cōgrega-  
ta. Præsidentibus in ea eisdē tribus Apostolicæ  
sedis legatis. Hoc sibi perpetuo ante oculos pro-  
ponens vt sublatis erroribus, puritas ipsa Euan-  
gelij in Ecclesia conseruetur: quod promissum  
ante per prophetas in scripturis sanctis, Dominus noster Iesus  
Christus Dei filius proprio ore primū promulgauit, Deinde per  
suos Apostolos tanquam fontem omnis & salutaris veritatis & mo-  
rum disciplinæ, omni creature predicari iussit: perspicientiq; hanc  
veritatem & disciplinam cōtineri in libris scriptis, & sine scripto  
Traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut  
ab ipsis Apostolis spiritu sancto dictante, quasi per manus tradi-  
tæ, ad nos vsque peruenerunt: orthodoxorum Patrū exempla se-  
quuta, omnes libros tã veteris, quã noui Testamenti, cum vtriusq;



vnus deus sit auctor, nec nō Traditiones ipsas, tum ad fidē tum ad mores pertinentes tāquam vel ore tenus a christo. vel a spū sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia catholica conseruatas, pari pietatis affectu ac reuerencia suscipit & venerat, sacrorū vero librorū indicē huic Decreto ad scribendū sensuit, ne cui dubitatio suboriri possit, qui nā sint, qui ab ipso Synodo suscipiuntur, sunt vero intrascripti: Testamenti veteris, quinque. Moysis id est Genesis, Exodus, Leviticus Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudicū. Rut, quatuor Regū, duo Paralipomenō, Esdre primus & secundus. qui dicitur Neemias, Thobias, Iudith, Hester, Job, Psalteriū, Dauidicū centū quinquaginta psalmodi, Parabola, Ecclesiastes, canticū canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, id est, Osea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, duo Mechabeorum primus & secundus, Testamenti noui, quatuor Euangelia secundum Mattheū, Marcum, Lucam, Ioannem. Actus Apostolorū à Luca Euāgelista cōscripti. Quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli, ad Romanos; duæ ad Corinthios, ad Galathas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thesalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonē, ad Hebreos. Petri Apostoli duæ. Ioannis apostoli tres. Iacobi apostoli vna. Iudæ apostoli vna & apocalypsis Ioānis apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cū oibus suis partibus prout in Ecclesia catholica legi consueuerunt & in veteri vulgata latina editione habentur pro sacris & canonicis nō susceperit, & Traditiones p̄dictas sciens & prudēs cōtempserit Anathema sit. Omnes itaq; intelligant quo ordine & via ipsa Synodus post iactū fidei cōfessionis fundamētum sit progressura: Et quibus potissimū testimonijs ac p̄sidijs in cōfirmandis dogmatibus, & instaurandis in Ecclesia moribus sit vsura.

SECUNDVM DECRETVM  
publicatum in quarta Sessione Tridentina.



¶ Super Eadem sacrosancta synodus consi-  
derans non parum utilitatis accedere posse  
Ecclesie: De i si ex omnibus latinis editioni-  
bus, quae circumferuntur sacrorum librorum,  
quae nam pro autentica habenda sit, in notel-  
cat, Statuit & declarat, vt haec ipsa vetus &  
vulgata editio quae longo tot saeculoru vsu  
in ipsa Ecclesia probata est in publicis lectionibus, disputationibus,  
praedicationibus, et expositionibus pro autentica habeatur, & quod  
nemo illam reijcere quouis praetextu audeat vel praesumat.

¶ Praeterea ad coercenda petulantia ingenia, decernit vt ne-  
mo suae prudentiae in nixus in rebus fidei & morum ad aedificatio-  
nem doctrinae christianae pertinentium, sacram scripturam ad  
suos sensus contorquens contra eum sensum, quem tenuit & tenet  
sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpre-  
tatione scripturarum sanctarum: aut etiam contra vnanimem con-  
sensum Patrum ipsam scripturam sacram interpretari audeat, etiam  
si huiusmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem  
aedende forent. Qui contrauerint, per ordinarios declarentur  
& poenis a iure statutis puniantur.

¶ Sed & impressoribus modum in hac parte, vt par est im-  
ponere volens, qui iam sine modo hoc est putantes sibi licere  
quicquid libet, sine licentia superiorum Ecclesiasticorum ipsos  
sacrae scripturae libros, & super illis adnotationes, & exposi-  
tiones quorum libet indifferenter saepe tacito saepe etiam ementi-  
to praelo: & quod grauius est sine nomine auctoris imprimunt:  
alibi etiam impraessos libros huiusmodi temere venales habent  
Decernit & statuit, vt post hac sacra scriptura potissimum ve-  
ro haec ipsa vetus et vulgata editio, quam emendatissime impru-  
matur, nullique liceat imprimere vel imprimi facere quosuis li-  
bros de rebus sacris sine nomine auctoris: neque illos infutu-  
rum vendere, aut etiam apud se retinere nisi primum examinat



probatique fuerint ab ordinario, sub poena anathematis & pecunia in canone Concilij nouissimi Lateranensis apposita. Et si regulares fuerint, vltra examinationem & probationem huiusmodi licentiam quoq; a suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris iuxta formam suarum ordinationum. Qui autē scripto eos cōmunicāt, vel euulgant, nisi ante examinati probati- que fuerint, eisdem poenis subiaceant quibus impressores. Et qui eos habuerint vel legerint, nisi prodiderint auctorem pro aucto- ribus habeantur, Ipsa vero huiusmodi librorum probatio in scrip- tis detur atq; ideo in fronte libri vel scripti vel impressi autentice appareat, Idq; totum, hec est, & probatio & examen gratis fiat vt probanda probentur, & reprobentur improbanda,

Post hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad pro- phana quæque conuertuntur & torquentur verba & sententiæ sa- cræ scripturæ ad scurrilia scilicet fabulosa, vana, adulationes, de- tractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, di- uinationes, sortes, libellos etiam famosos. Mandat præcipit ad- tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum, & ne de cætero quisq; quomodolibet verba scripturæ sacræ ad hæc & similia audeat vsurpare: vt omnes huius generis homines teme- ratores & violatores verbi Dei iuris & arbitrij poenis per Epif- copos coerceantur.

**I T E M** hæc sacro sancta Synodus statuit & decernit pro- ximam futuram sessionem tenendam & celebrandam esse Feria quinta post sacratissimum festum proximū Penthecostes,

## QVINTA SESSIO,

**I**N christi nomine. Amen Anno salutis millesimo quingente- simo quadragesimo sexto. Indictione quarta, Pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri Domini Pauli diuina

Prouidētia Papæ Tertij anno duodecimo, die vero, Iouis, decima septima mensis Iunij. Tridēti in ecclesia Cathedrali in loco solito celebrata fuit quinta publica sessio sacro sancti œcumenici & generalis Concilij Tridētini In qua quidē sessione post inuocationē sancti spiritus, et peragenda de more peracta, fuerūt publicata decreta infra scripta videlicet.

PRIMUM DECRETVM PVBLI-  
catum in Quinta sessione Tridentina.



T fides nostra catholica, sine qua impossibile est placere Deo purgatis erroribus si sua synceritate integra & illibata permaneat, et ne populus Christianus omni vento doctrinæ circumferatur Cum serpens ille antiquus humani generis perpetuus hostis inter plurima mala quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiā de peccato originali, eiusque remedio non solum noua, sed etiam vetera dissidia excitauerit. Sacro sancta œcumenica, & generalis. Tridentina Synodus in spiritu sancto legitime congregata. Præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolice sedis legatis, tam ad reuocādos errantes & nutantes confirmandos accedere volens, sacrarū scripturarum et sanctorum Patrū, ac probatissimorum. Conciliorū testimonia et ipsius Ecclesie Iudicium et consensum sequuta, hæc de ipso peccato originali, statuit fatetur, ac declarat.

**S**I quis non confitetur primū hominem Adam cū mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem & Iustitiā, in qua constitutus fuerat amisisse incurrisseque per offensam præuaricationis huiusmodi iram & indignationē Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem sub eius potestate, qui mortis deinde habuit imperiū hoc est Diaboli: Totūq; Adam per illā præuaricationis offensam secundū corpus & aiām indeterius cōmutatū fuisse. Anathema sit,

**S**I quis Adæ preuaricationē sibi soli & nō eius propagine asse-  
rit nocuisse: acceptā à Deo sanctitatē & Iustitiam, quā per-  
didit sibi soli & nō nobis etiā eum perdidisse: aut inquinatum illū  
per inobedientiæ peccatum mortem & pœnas corporis tantum  
in omne genus humanū transfudisse: non autē & peccatum, quod  
mors est animæ. Anathema sit, Cum contradiccit Apostolo  
dicenti, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, &  
per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit,  
in quo omnes peccauerunt.

**S**I quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum est, & pro-  
pagatione, non imitatione transfusum omnibus inest unicui-  
que proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud reme-  
dium asserit tolli, quam per meritum vnus mediatoris Domini  
nostri Iesu christi, qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo. Fac-  
tus nobis iustitia, sanctificatio, et redemptio: aut negat ipsum chri-  
sti Iesu meritum per baptismi sacramentum in forma ecclesiæ rite  
collatum, tam adultis, quam paruulis applicari. Anathema sit.  
Quia nō est aliud nomē sub cœlo datum hominibus, in quo oportet  
nos saluos fieri, Vnde illa vox. Ecce Agnus Dei, Ecce qui tol-  
lit peccata mundi. Et illa. Quicumq; baptizati estis, christum  
induistis.

**S**I quis paruulos recentes abuteris matrum baptizandos ne-  
gat, etiam si fuerint a baptizatis parentibus orti: aut dicit in  
redemptionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex  
Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro ne-  
cesse sit expiari ad vitam eternam consequendam. Vnde sit conse-  
quens, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum nō  
vera, sed falsa intelligatur. Anathema sit. Quoniam non aliter  
intelligendum est id, quod dixit Apostolus. Per vnum hominem  
peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in  
omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt: nisi  
quemadmodum Ecclesia catholica vbique diffusa semper intelle-




xit. Propter hanc enim regulam fidei extraditione Apostolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semet ipsis adhuc committunt, re potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur quod generatione contraxerunt. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei.

**S**I quis per Iesu christi Domini nostri gratiam, quæ in baptis-  
mate confertur, reatum originalis peccati remitti negat: aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet: sed illud dicit, tantum radi, aut non imputari. Anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus quia nihil est damnationis ijs, qui vere consepulti sunt cum christo per baptismum in mortem, qui non secundum carnem ambulant, sed verum hominem exuentes & nouum qui secundum Deum creatus est, induentes innocentes, immaculati, pueri, innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt heredes quidem Dei, coheredes autem christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem hæc sancta Synodus fatetur & sensit: quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, & viriliter per christi Iesu gratiam repugnantibus, non valet: quinimo qui legitime certauerit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, Sancta Synodus declarat Ecclesiam catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod vere & proprie in renatis peccatum sit: sed quia ex peccato est & ad peccatum inclinatur. Si quis autem contrarium senserit Anathema sit.

**D**Eclarat tamen hæc ipsa sancta Synodus non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto vbi de peccato or-

ginali agitur, beatam & immaculatam Virginem mariam Dei genitricem, Sed obseruandas esse Constitutiones foelicis recordationis Sixti Papae quinti; sub pœnis in eis cōsitutionibus cōtentis.

SECUNDVM DECRETVM PVBLICATVM IN Quinta Sessione Tridētina.



Adem sacrosancta Synodus pijs sumorū Pontificum & probatorū Conciliorum constitutionibus in hærens, eas que amplectens, & illis adijciens, ne cœlestis ille sacrorum librorū thesaurus, quē spūs sc̄tus sum: ma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat, Statuit & decreuit, quod in illis ecclesijs, in quibus præbenda aut præstimonium, seu aliud quouis nomine nūcupatum stipendium pro lectoribus sacre theologiae deputatū reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorum ordinarij eos, qui præbendam, aut præstimonium seu stipendium huiusmodi obtinent, ad ipsius sacrescripturae expositionē & interpretationē per se ipsos, si idonei fuerint alioqui per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & alijs locorum ordinarijs eligendum, etiam per subtractionē fructuū, cogant & compellant. De cetero vero præbenda, præstimonium aut stipendium huiusmodi non nisi personis idoneis, & qui per se ipsos id munus explicare possint, conferantur: & aliter facta prouisio nullā sit & inuvalida.

**I**n ecclesijs autem metropolitanis vel cathedralibus si ciuitas insignis vel populosa, ac etiam in collegiatis existentibus in aliquo in signi oppido, etiam nullius diocesis si ibi clerus numero sus fuerit, vbi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocumque præterquā ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus in cōpatibile iniunctum non sit, ad eum vsum ipso facto perpetuo constituta & deputata intelligatur. Et quatenus in ipsis ecclesijs



nulla vel non sufficiens præbenda foret, metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuū alicuius simplicis beneficii (eiusdem tamē debitis supportatis oneribus) vel per contributionē beneficiatorū suæ ciuitatis & diocesis, vel alias prout cōmodius fieri poterit, de capituli consilio ita prouideat, ut ipsa sacra scripturæ lectio habeatur. Ita tamen ut quæcūque aliæ lectiones vel cōsuetudine, vel quauis alia ratione institutæ, propter id minime præterminentur: Ecclesiæ vero, quarū annui prouentus tennes fuerint, & ubi tā exigua est cleri & populi multitudo, ut theologiae lectio in eis cōmode haberi non possit, saltem magistrū habeant, ab Episcopo cū consilio capituli eligendum, qui clericos aliosque scolares pauperes grāmaticā gratis doceat, ut deiceps ad ipsa sacra scripturæ studia (annuente deo) transire possint: ideo que illi magistro grammatices, vel alicuius simplicis beneficii fructus, quos tandiu percipiat, quandiu in docendo perstiterit, assignentur dū tamē beneficiū ipsi suo debito non fraudetur obsequio: vel excapitulari, vel Episcopali mensa cōdigna aliqua merces persoluitur: vel alias Episcopus ipse aliquam rationem ineat, suæ Ecclesiæ & diocesi ac commodam, ne pia hæc utilis atq; fructuosa prouisio quouis quæsito colore negligatur.

**IN MONASTERIIS** quoque monachorū, ubi cōmode fieri queat etiam lectio sacrae scripturæ habeatur. Qua in re si Abbatēs negligentes fuerint Episcopi locorū in hoc ut sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remedijs cōpellant. In cōuentibus vero aliorū regularium, in quibus studia commode uigere possunt, sacrae scripturæ lectio similiter habeatur. Quæ lectio a capitulis generalibus vel puincialibus assignet dignioribus magistris.

**IN GYMNASIIS** etiā publicis ubi tā honorificæ & ceterorum omnium maxime necessaria lectio hætenus instituta nō fuerit religiosissimorum principū ac rerū publicarum pietate & charitate ad catholicæ fidei defensionem & in cremētum, sanæq; doctrinae conseruationem & prouocationem instituat: Et ubi instituta foret, & negligetur restituatur.

**ET**NE sub specie pietatis impietas differnetur, statuit eadem sancta synodus neminē ad huiusmodi lectionis officium tam publice quam priuatim admittēdū esse, qui prius ab episcopo loci de uita moribus & scientia examinatus & approbatus non fuerit. Quod tamē de lectoribus in claustris monachorū nō intelligatur

**DOCENTES** vero ipsam sacram scripturā dum publice in scholis docuerint & scholares qui in ipsīs scholis student priuilegijs omnibus & perceptione fructuū p̄bendarum & beneficiorū suorum in absentia a iure cōmuni concessis plene gaudeāt & fruuntur.

**Q**VIA vero christianæ Reipublicæ non minus necessaria est p̄dicatio euangelij. quam lectio, & hoc est præcipuum episcoporū munus, statuit & decreuit eadē sancta synodus, omnes episcopos, Archiepiscopos, primates, & omnes alios ecclesiārarū p̄latos teneri per se ipsos ( si legitime impediti non fuerint ) ad p̄dicandum sanctum Iesu christi euangelium.

**S**I VERO contigerit episcopos & alios prædictos legitimo detineri impedimento iuxta formā generalis concilij viros idoneos assumere teneantur ad huiusmodi p̄dicationis officium salubriter exequendū. Si quis autē hoc adimplere contempserit districtæ subiaceat ultioni.

**P**ARCHIPRAESBITERI quoq̄ plebani, & quicūq; parochiales, vel alias curam aiarū habentes ecclesias. Quocūq; modo obtinent, per se vel alios idoneos si legitime impediti fuerint diebus saltē dñicis & festis solemnibus plebes sibi cōmissas pro sua & earū capacitate pascant salutaribus verbis docēdo ea q̄ scire oibus necessarium est ad salutē, annūciādoq; eis cū breuitate & facilitate sermonis vitia. q̄ eos declinare. & virtutes quas sectari oporteat, vt poenā æternā euadere, & cœlestē gloriā cōsequi valeāt, id vero si



quis eorū p̄stare negligat, etiā si ab episcopi iurisdictione sua iuris ra-  
tione exēptum se esse prætenderet: etiā si ecclesiæ quouis modo  
exēptæ dicerentur, aut alicui monasterio, etiā extra diocesim existē-  
ti, forsan annexæ, vel vnitæ modo re ipsa in diocesi sint prouida  
pastoralis ep̄orum sollicitudo non desit, ne illud implicatur. Par-  
uuli petierūt panē & nō erat qui frangeret eis. Itaq; vbi ab episco-  
po moniti, trium mensium spacio muneri suo defuerint, per censu-  
ras Ecclesiasticas seu alias ad ipsius episcopi arbitrium cogantur,  
ita vt etiam si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorū fructibus  
alteri, qui id p̄stet, honesta aliqua merces persoluatur, donec prin-  
cipalis ipse resipiscens officium suum impleat. Si quæ vero par-  
chiales ecclesiæ reperiantur subiectæ monasterijs in nulla diocesi  
existentibus, si Abbates & regulares prælati in prædictis negli-  
gentes fuerint, a metropolitanis, in quorum prouincijs dioceses  
ipsæ sitæ sunt, tanquam ad hoc sedis Apostolicæ delegatis com-  
pellantur. Neq; huius decreti executionem consuetudo vel exem-  
ptio, aut appellatio, aut reclamatio, siue recursus impedire valeat  
quousq; de super a competenti iudice, qui summarie, & sola facti  
veritate inspecta, procedat, cognitum & decisum fuerit. Regu-  
lares vero cuiuscunq; ordinis nisi a suis superioribus de vita mori-  
bus & scientia examinati & approbati fuerint, & de eorum licen-  
tia, etiam in ecclesijs suorum ordinum prædicare non possint:  
Cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare,  
& ab eis benedictionem petere teneantur ante quam prædicare  
incipiant: in Ecclesijs vero, quæ suorum ordinum non sunt, vltra  
licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam habere  
teneantur: sine qua in ipsiſ ecclesijs non suorum ordinum nullo  
modo prædicare possint. Ipsam autem licentiam gratis Episco-  
pi concedant.

SI VERO ( qđ absit ) p̄dicator errores aut scādala disseminauerit in populū etiā si i monasterio sui vel alterius ordinis p̄dicet ep̄us ei p̄dicationē interdicit. Quod si hereses p̄dicauerit cōtra eū

secundū iuris dispositionem, aut loci consuetudinē procedat, etiā si prædicator ipse generali vel speciali priuilegio exemptū se esse prætenderet. Quo casu Episcopus auctoritate apostolica, & tanquā sedis Apostolicæ delegatus procedat. Curēt autē Episcopi ne quis prædicator vel ex falsis informationibus, vel alias calumniose vexetur, iustam ve de eis conquerendi occasionem habeat.

☞ CAVEANT præterea episcopi ne aliquē vel eorū, qui cū sint nomine regulares extra claustra tamē & obedientiā Religionum suarū viuūt: vel præbiterorū sæculariū (nisi ipsi noti sint & moribus atq; doctrina probati) etiā quorūlibet priuilegiorū prætextu, in sua ciuitate vel diocesi prædicare pmittāt, donec ab ipsis Episcopis super ea re sancta sedes Apostolica consulatur: aqua priuilegia huiusmodi nisi tacita veritate, & expresso mendatio ab indignis extorqueri verissimile non est,


☞ QVESTORES vero eleemosynarij, qui etiā quæstuarij vulgo dicuntur, cuiuscūq; conditionis existant, vlllo modo nec per se, nec per alium prædicare præsumāt. Et contra faciētes ab episcopis & ordinarijs locorum, priuilegij quibuscūq; nō obstantibus, opportunis remedijs omnino arceantur.

☞ ITEM hæc sacro sancta synodus statuit & decreuit primā futuram sessionem tenendam & celebrandam esse die iouis feria quinta post festum beati Iacobi Apostoli.

## SEXTA SESSIO.


**I**N NOMINE sanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris & filij & spiritus sancti. Amē. Anno a natiuitate Dñi nostri Iesu christi millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, Indictione quinta die vero Iouis decima tertia mēsis Ianuarij, pontificatus sanctissimi in christo patris & Domini nostri Dñi Pauli diuina prouidentia papæ tertij, anno tertio decimo Tridenti In Ecclesia cathedrali in loco cōsueto celebrata fuit Sexta publica sessio sacro sancti oecumenici & generalis concilij Tridentini. In qua quidem

sessione post celebratam missam de spiritu sancto, solita s̄que orationes lectas, ac consuetas ceremonias de more peractas, publicata fuerunt decreta infra scripta, videlicet.

 **DECRETVM DE IUSTIFICATIONE** publicatū in Sexta sessione Tridentini concilij.



**VM** HOC tempore non sine multarum animarum iactura & graui ecclesiasticæ vnitatis detrimēto erronea quædam disseminata sit de iustificatione doctrina, Ad laudem & gloriā omnipotentis Dei ecclesiæ tranquillitatem & animarum salutem sacro sancta cecumenica & generalis Tridentina synodus in spiritu sancto legitime congregata præsidentibus in ea nomine sanctissimi in christo patris & domini nostri Domini Pauli diuina prouidentia pape tertij, Reuerendissimis dñis. D. Ioanne maria episcopo prænestino de Monte, & Marcello tituli sanctæ crucis in Hierusalem præbitero sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicis de latere legatis exponere intendit omnibus christi fidelibus veram sanamque doctrinam ipsius iustificationis, quā sol iustitiæ christus Iesus fidei nostræ auctor & consumator docuit, Apostoli traderunt, & catholica Ecclesia spiritu sancto suggerente, perpetuo retinuit: Districtius inhibendo ne deinceps audeat quisquā aliter credere, prædicare, aut docere, quam præsentī decreto statuitur, ac declaratur.

 **DE NATVRÆ ET LEGIS**  
ad iustificandos homines imbecillitate.






**P**RIMUM declarat sancta synodus ad iustificationis doctrinam probe & sincere intelligendam oportere, vt vnusquisq; agnoscat & fateatur, quod cum omnes homines in prauaricatione Adæ innocentiam perdidissent, facti immundi, & ( vt Apollus inquit ) natura filij iræ quem admodum de peccatō originali exposuit, vsq; a deo serui erāt peccati, & sub potestate diaboli ac mortis, vt non modo gentes per vim naturæ, sed ne iudei quidem per ipsam etiam literam legis moysi, indeliberari aut surgere possent: tamen in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, vixibus licet attenuatum & inclinatum.

**DE DISPENSATIONE ET  
misterio aduentus christi.**



**Q**UO FACTVM EST, vt ex lestitis pater, pater misericordiarum & deus totius conuolationis christum Iesum filium suum. & ante legem & legis tempore multis sanctis patribus declarati ac promissum, cum venit beata illa plenitudo temporis ad homines miserit, vt & iudeos qui sub lege erant redimeret, & gentes que non sectabantur iustitiam apprehenderent atq; omnes adoptionem filiorum reciperent, Hunc proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris: non solum autem pro nostris: sed etiam pro totius mundi.

**QUI PER CHRISTVM  
iustificantur.**



**U**ERVM & si ille pro oibus mortuus est, nō omnes tamen mortis eius beneficiū recipiūt, sed ii dñ taxat quibus meritū passiōis eius cōmunicatur. Nā sicut re vera hoies nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, cum ppagatione

per ipm dū cōcipiuntur propriā iniustitiā cōtrahāt, ita nisi in xp̄o reuelo  
renascerentur nunquam iustificarentur, cū ea renascentia per me-  
ritum passionis eius, gratia. qua iusti fiunt illis tribuatur: pro hoc  
beneficio Apostolus gratias nos semper agere hortatur patri,  
qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. & eri-  
puit de potestate tenebrarum, transtulit q; in regnū filij dilectio-  
nis suae: in quo habemus redēptionē & remissionem peccatorū.

## INSINUATUR DESCRIPTIO

justificationis impij & modus eius in  
statu gratiæ.



4 **Q**VIBVS verbis iustificationis impij descriptio  
insinuat, vt sit trāslatio ab eo statu, in quo homo  
nascitur filius primi Adæ, in statū gratiæ & ado-  
ptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum  
christum saluatorem nostrū. Quæ quidē trās-  
latio post euangeliū promulgatum sine lauacro  
regenerationis, aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est, ni-  
si quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introi-  
re in regnum Dei.

## DE NECESSITATE PREPARATIO

nis ad iustificationem in adultis & vnde sit.



5 **D**ECLARAT præterea ipsius iustificationis exor-  
diū in adultis a dei p̄ xp̄m Iesū præuenienti gi a sumē-  
dū esse hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorū exi-  
stētibus meritis vocatur: vt qui p̄ peccata a deo auer-  
si erāt. p̄ eius excitātē, atq; adiuuātē grām ad cōuer-  
tēdū se ad suā ipsorū iustificationē, eidem gratiæ libere assentien-  
do & cooperando disponantur: ita vt tagēte deo cor hominis per  
spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino



agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam abijcere potest: neque tamen sine gratia dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit. Vnde in sacris literis cum dicitur. Conuertimini ad me; & ego conuertar ad vos, libertatis nostrae admonemur. Cum respondemus, Conuerte nos Domine ad te, & conuertentur Dei nos gratia praeueniri cōfitemur.

## MODVS PRAEPARATIONIS.

6



**D**ISPONUNTUR autem ad ipsam iustitiam dum excitati diuina gratia & adiuti fidem ex auditu concipientes libere mouentur in deum credentes vera esse quae diuinitus reuelata & promissa sunt, atque illud imprimis, a deo iustificari impium per gratiam eius per redemptionem, quae est in christo Iesu, & dum peccatores se esse intelligentes, a diuinae iustitiae timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo in spem eriguntur, fidentes deum sibi propter christum propitium fore, illumque tanquam omnis iustitiae fontem diligere incipiunt: ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est per eam poenitentiam quam ante baptismum agere oportet. Denique dum proponunt suscipere baptismum, inchoare nouam vitam, & seruare diuina mandata De hac dispositione scriptum est, Ascendentem ad deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Et confide filii, remittuntur tibi peccata tua, Et timor domini expellit peccatum. Et poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Et cunctes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti, docentes eos seruare quaecumque mandaui vobis. Denique Praeparate corda vestra Domino.

**Q**UID SIT IUSTIFICATIO  
impij, & quæ eius causæ.



**H**ANC dispositionem seu præparationem iustificationis ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio & renouatio interioris hominis per voluntariã susceptio- nem gratiæ & donorum. Vnde homo ex iniu- lto fit iustus, & ex inimico amicus, vt sit hæres secundum spem vitæ eternæ. Huius iustificationis causæ sunt, fina- lis, quidem, gloria dei, & christi, ac vitæ æterna. Efficiens vero mi- sericors deus, qui gratuito abluit & sanctificat, signans & vngens spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Meritoria, autem dilectissimus vnigenitus suus dominus noster Iesus christus, qui cum essemus inimici, propter nimiam charita- tem qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis deo patri satisfecit. Instrumẽ- talis item sacramentum baptisini, quod est sacramentum fidei, sine qua nulli vnquã contigit iustificatio. Demũ vnica formalis causa est iustitia dei, nõ qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua vi delictet ab eo donati renouamur spiritu mētis nostræ & nõ modo reputamur, sed vere iusti nominamur & sumus; iustitiam in nobis recipientes vnusquisq; suam secundũ mensurã quã spūs sc̄t̄s par- titur singulis prout vult. & secundũ propriã cuiusq; dispositiõẽ & cooperatiõẽ. Quãquã enim nemo possit esse iustus, nisi cui meri- ta passionis dñi nr̄i Iesu xp̄i cõmunicãtur, id tamẽ in hac impij iu- stificatione fit, dum eiusdẽ sanctissimæ passionis merito per sp̄m sanctũ charitas dei diffunditur in cordibus eorũ qui iustificantẽ, atq; ipsi inheret. Vnde in ipsa iustificatione cũ remissionẽ peccatorũ hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum christũ, cui inse- ritur, fidem, sp̄ẽ, & charitatẽ. Nam fides nisi ad eam spes accedat & charitas, neq; vnit perfete cũ christo, neq; corporis eius viuũ mēbrum efficit. Qua ratione verissime dicitur, fidem sine operi-



bus mortuā & ociosam esse. Et in christo Iesu neq; circūcisionem  
aliquid valere neq; præputiū, sed fidē quæ per charitatē operatur  
Hæc fidem ante baptismi sacramētum ex apostolorum traditione  
catecumini ab ecclesia petūt, cū petūt fidē, vitam eternā præstan-  
tem: quā sine spe, & charitate fides præstare nō potest. Vnde & sta-  
tim verbū christi audiūt. Si vis ad vitam ingredi, serua mādāta.  
Itaq; verā & christianā iustitiā accipientes, eācu primā stolā pro  
illa, quā Adam sua inobedientia sibi & nobis perdidit, per christū  
Iesum illis donatā candidā & immaculatā iubentur statim renati  
conseruare, vt eā perferant ante tribunal Domini nostri Iesu chri-  
sti, & habeant vitam æternam.

## DE QVOMODO INTELLIGATVR impium per fidem & gratis iustificari.

8



VM VERQ; Apostolus dicit, iustificari hominē  
p fidē, & gratis, ea verba in eo sensu intelligēda sūt  
quæ ppetuus ecclesiæ catholicæ cōsensus tenuit &  
exp̄iuit, vt scilicet p fidē ideo iustificari dicamur, quia  
fides est hūanæ salutis initiū fundamentū & radix  
omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad  
filiorū eius consortiū puenire. Gratis autē iustificari ideo dicamur,  
quia nihil eorū, q̄ iustificationē pcedūt, siue fides, siue opera ipsam  
iustificationis gratiā p̄mere. Si enim gratia est, iā nō ex operibus,  
alicui ( vt idem apostolus inquit ) gra iā nō est gratia.

## DE CONTRA INANEM hereticorum fiduciam,

9

QVAMVIS autē necessarium sit credere neq; remitti, neq;  
remissa, vnq; fuisse peccata, nisi gratis diuina mia ppter  
christū. Neminī tamē fiduciam & certitudinē remissionis peccatorū  
suorū iactāti, & in ea sola quiescēti peccata dimitti, vel dimissa esse

dicendum est, cū apud hereticos & schismaticos possit esse, in  
nostra tēpesta e sit, & magna cōtra ecclesiam catholicā contentione  
prædicetur, vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neq;  
illud asserendū est, oportere eos qui vere iustificati sunt, absq; vlla  
omnino dubitatiōe apud semetipsos statuere se esse iustificatos, ne  
minenq; a peccatis absolui ac iustificari, nisi eum qui certo cre-  
dat se absolutum & iustificatum esse, atq; hac sola fide absolutio-  
nem & iustificationem perfici, quā i qui hoc nō credit, de dei pro-  
missis, deq; mortis & resurrectionis Christi efficaciam dubitet. Nā  
sicut nemo pius de dei misericordia, de christi merito, deq; sacramentorum  
virtute & efficaciam dubitare debet, ille quilibet dū seipsū suāq; pro-  
pria infirmitatē & indispositionē respicit, de sua gratia formidare  
& timere potest. Cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non  
potest subesse falsum, se gratiam dei esse consecutum.

### DE ACCEPTAE IUSTIFICA- tionis incremento.

10 **S**IC ERGO IUSTIFICATI, & amici Dei  
ac domestici facti cunctes de virtute in virtutem  
renouantur ( vt apostolus inquit ) de die in diē,  
hoc est in mortificando membra carnis suæ, exhi-  
bendo ea arma iustitiæ in sanctificationem per  
observationem mandatorum dei & ecclesiæ;  
in ipsa iustitia per christi gratiam accepta, cooperante fide bonis  
operibus crescunt atq; magis iustificantur, sicut scriptum est,  
Qui iustus est iustificet adhuc. Et iterū. Ne verearis vsq; ad mortē  
iustificari. Et rursus. Videtis quoniam ex operibus iustificatur  
homo, & non ex fide tantum. Hoc vero iustitiæ incrementum pe-  
tit sancta ecclesia, cum orat. Da nobis domine fidei, spei, & cha-  
ritatis augmentum.

### DE OBSERVATIONE MANDA- torū, deq; illius necessitate & possibilitate.





**I**MO AVTEM quātum vis iustificatus libe-  
rum se esse ab obseruatione mandatorū dei pu-  
tare debet. Nemo temeraria illa & a patribus  
sub anathemate prohibita voce vti, dei p̄cep-  
ta homini iustificato ad obseruādū esse impossi-  
bilia. Nā deus impossibilia nō iubet, sed iubēdo  
monet, & facere quod possis, & petere quod nō possis, & adiuuat  
vt possis. Cuius mādata grauia nō sunt. Cuius iugū suauē est, & o-  
nus leue. Qui enī sunt filij dei christū diligūt. Qui autē diligūt eū  
( vt ipsemet testatur ) seruāt sermones eius. Quod vtiq; cū diuino  
auxilio praeſtare possunt, licet enim in hac mortali vita quantūuis  
sancti & iusti in leuia saltē & quotidiana quae etiā venialia dicunt̄  
peccata, quandoq; cadant, nō propterea desinunt esse iusti. Nam  
iustorū illa vox est & humilis & verax. Dimitte nobis debita n̄a.  
Quo fit vt iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via  
iustitiae sentire debeant, quo liberati iam a peccato, serui autem  
facti Deo, sobrie, iuste & pie viuentes proficere possunt per chri-  
stum Iesum, per quem accessum habuerūt in gratiā istam. Deus  
nanq; sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius de-  
seratur. Itaq; nemo sibi insola fide blandiri debet, putans fide so-  
la se hāc redem esse constitutū, hāc reditatemq; consecutum etiā, si  
christo nō cōpatiatur, vt et cōglorificetur. Nā & christus ipse ( vt  
inquit Apostolus ) cū esset filius dei didicit ex ijs quae passus est  
obedientiam, & consumatus factus est omnibus obtemperanti-  
bus sibi causa salutis aeternae, Propterea Apostolus ipse monet iu-  
stificatos, dicens. Nescitis quod ij, qui in stadio currunt, omnes  
quidem currunt, sed vnus accipit brauium: sic currete vt com-  
prehendatis, ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pu-  
gno non quasi aerein verberans, sed castigo corpus meū & in ser-  
uitutē redigo ne forte cū alijs p̄dicauerim, ipse reprobus efficiar. Itē  
princeps apostolorū Petrus satagite, vt per bona op̄a certā vestrā  
vocationē & electionē faciatis, haec enī faciētes nō peccabitis aliqñ  
Vñ cōstat eos orthodoxae religiois doctrinae aduersari qui dicūt

iustū in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut (quod in tolerabilius est) pœnas æternas mereri. Atq; etiã eos, qui statuit, in oibus operibus iustos peccare, si in illis suã ipsorū fœcordiam excitando & sese ad currendū in stadio cohortando, cū hoc vt in primis gloriificetur Deus mercedē quoq; intuētur eternã, cū scriptū sit. Inclinaui cor meū ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. Et de Mose dicat Apostolus, quod aspiciebat in re muneratiōe.

## PRÆDESTINATIONIS temerariã Præsumptionem cauēdã esse.

12



**N**EMO quoq; quãdiu in hac mortalitate viuatur de arcano diuinæ p̄destinationis mysterio vsq; adeo p̄sumere debet, vt certo statuat se omnino esse in numero p̄destinatorum: quasi verū esset qđ iustificatus aut amplius peccare non possit, aut si peccauerit certam sibi respiscētiam promittere debeat. Nam nisi ex speciali reuelatiōe sciri non potest quos Deus sibi elegerit.

## DE PERSEVERANTIAE MVNERE.


13

**S**IMILITER de perseverantiã muneris, de quo scriptū est. Qui perseverauerit vsq; in finem hic saluus erit (quod quidē aliunde haberi nō potest, nisi ab eo qui potens est eum qui stat statuere, vt perseveranter stet, & eū qui cadit restituere, nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur, tamen si in Dei auxilio firmissimã spem collocare & reponere oēs debēt. Deus enim nisi ipsi illius gratiã defuerint, sicut capit opus bonū, ita perficiet, operans velle & perficere. Veritãtē qui se existimant stare videāt ne cadāt, & cum timore ac tremore salutē suã operentur in laboribus, in vigilijs, in elemosynis, in oratiōibus, & oblationibus, in ieiunijs,

& castitate. Formidare enim debent, scientes quod in spem gloriae, & non dum in gloria renati sunt, de pugna, quae superest cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores esse non possunt nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent, dicenti, Debitor sumus non carni, ut secundum carnem viuamus, si enim secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

## DE LAP SIS ET EORVM reparatione.

41.



**Q**UI VERO ab accepta iustificatiōis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterūt, cū excitante Deo per poenitentiae sacramentum merito Christianissam gratiā recuperare procurauerint. Hic enim iustificationis modus est lapsi reparatio, quā secūdam post naufragium de perditae gratiae tabulam sancti Patres apte nuncuparunt. Etenim pro ijs, qui post baptissimum in peccata labuntur; Christus Iesus sacramentum instituit poenitentiae, cum dixit. Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Unde docendum est, Christiani hominis poenitentiam post lapsum multo aliam esse a baptismali, eaq; contineri non modo cessationem a peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum & humiliatum, verum etiam eorundem sacramentalem cōfessionem saltem in voto & suo tempore faciendam: & sacerdotalem absolutionem: itemq; satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes & alia pia spiritualis vitae exercitia, nō quidem pro poena eterna quae vel sacramento, vel sacramenti voto vna cum culpa remittitur: sed pro poena temporali, quae ( ut sacrae litterae docent ) nō tota, semper, ut in baptissino sit, dimittitur illis, qui gratiae dei quā acceperunt, ingrati, spiritum sanctum contristauerunt & templū Dei non sunt veriti violare. De qua poenitentia scriptum est. Me



mor esto vnde excideris, age poenitentiam, prima opera fac. Et iterum. Quae secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. Et rursus. Poenitentiam agite. & facite fructus dignos poenitentiae.

**Q**UOLIBET MORTALI  
peccato amitti gratiã sed non fidem.




Duersus etiam hominũ quorundam callida ingenia, qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est, non modo infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quocunq; alio peccato mortali, quamuis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti.

15

Diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ a regno Dei non solũ infideles excludit, sed & fideles quoq; fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosq; omnes, qui letalia cõmittunt peccata, a quibus cũ diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus a christi gratia separantur:

**DE FRVCTV IVSTIFICATIONIS,** hoc est de merito bonorũ operationis, deq; ipsius meriti ratione.



**T**AC IGITVR ratione iustificationis hoibus siue acceptã gratiã perpetuo conseruauerint siue amissam recuperauerint, proponenda sũt Apostoli verba. Abundate in omni opere bono, sciẽtes quod labor vñ nõ est inanis i dño. Nõ em̃ iniustus est deus vt obliuiscat operis vñi et dilectiõis quam ostẽdistis i noie ipius et Nolite amittere cõfidentia uestra, q̃ magnã habet remuneratiõem.

16

Atq; ideo bene operantibus vsq; in finē, & in deo sperantibus proponenda est vita eterna, & tanq̄ gratia filij dei per christū Iesum misericorditer promissa, & tanq̄ merces ex ipsius Dei pmissiōe bonis ipsorū operibus & meritis fideliter reddēda. Hęc est enim illa corona iustitię quā post suū certamē & cui sū repositā sibi esse aiebat: A postolus a iusto iudice sibi reddendā, nō solū autē sibi, sed & oībus, qui diligūt aduentū eius. Cū enim ille ipse Christus Iesus tanquā caput in mēbra, & tanq̄ vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat, quę virtus bona eorū opera semper antecedit comitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata & meritoria esse possent, nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quominus plene illis quidem operibus, quę in Deo sunt facta, Diuinę legi pro huius vitę statu satis fecisse, & vitam eternam suo etiam tempore (si tamē in gratia decesserint) cōsequendam, vere promeruisse censeantur, Cū christus saluator noster dicat: Si quis biberit ex aqua quā ego dabo ei: nō sitiet in eternū, sed fiet in eo fons aque salientis in vitā eternā. Ita neq; propria nostra iustitia tanq̄ ex nobis propria statuitur, neq; ignoratur aut repudiatur iustitia Dei, Quę enim iustitia nostra dicitur, quia p̄ eam nobis inherentem iustificamur, illa eadem Dei est, quia a deo nobis infunditur per Christi meritum. Neq; vero illud omittēdū est, quod licet bonis operibus in sacris literis vsq; a deo tribuatur, vt etiam qui vni ex minimis suis potū aquę frigidę dederit, promittat Christus eū nō esse sua mercedē cariturum, & A postolus testetur. Id quod in p̄senti est momētaneū & leue tribulationis nostrę, supra modū in sublimitate eternū glorię pondus operari in nobis. Absit tamen vt Christianus homo in seipso vel cōfidat, vel glorietur, & non in Dño, cuius tanta est erga omnes homines bonitas, vt eorū velit esse merita q̄ sunt ipsius dona. Et quia in multis offendimus omnes, vnusquisq; sicut misericordiam & bonitatem, ita seueritatem & iudiciū ante oculos habere debet. Neq; seipsum aliquis etiā si nihil sibi conscius fuerit, iudicare, quoniā omnīs hominū vita nō humano iudicio examināda, & iudicāda est, sed Dei



qui illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cor-  
diū, & tūc laus erit vnicuiq; a deo, qui ( vt scriptū est ) reddet vni-  
cuiq; secundū opera sua. Post hanc catholicā de iustificatione doc-  
trinā, quā nīll quisq; fideliter firmiterq; receperit, iustificari non  
poterit. Placuit s̄ctæ synodo hos canones subiungere, vt oēs sciāt  
nō solū quid tenere & sequi, sed etiā quid vitare & fugere debeant.

## CANONES DE IUSTIFICATIONE.

**S**I QVIS dixerit hominē suis operibus, quæ vel per hūanā  
naturæ vires, vel per legis doctrinā fiant, absq; Diuina per  
Iesum christū gratia, posse iustificari corā deo. Anathema sit,

**S**I QVIS dixerit ad hoc solū diuinā gratiā per christū dari  
vt facilius homo iuste viuere, ac vitam æternam promereri  
possit; quasi per liberū arbitriū sine gratia vtrūq;, sed agere tamē  
& difficulter possit. Anathema sit.

**S**I QVIS dixerit sine præueniente spiritus sancti inspira-  
tione atq; eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere  
aut poenitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia con-  
feratur. Anathema sit.

**S**I QVIS dixerit liberū hominis arbitriū a deo motū & ex-  
citatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atq; vo-  
canti quo ad obtinēdam iustificatiōis gratiam se disponat ac præ-  
paret neq; posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddā nihil  
omnino agere, mereq; passiuē se habere. Anathema sit.

**S**I QVIS liberū hoīs arbitriū post Adæ peccatū amissū &  
extinctū esse dixerit, aut rē esse de solo titulo, imo titulū sine  
re, signētū deniq; a sathana inuētū in ecclesiā. Anathema sit.

**S**I QVIS dixerit nō esse in potestate hominis vias suas ma-  
las facere, sed mala opera ita vt bona Deum operari, nō per-  
missiuē solum, sed etiā proprie & per se a deo vt sit propriū eius  
opus, nō minus proditio iudæ, q̄ vocatio Pauli. Anathema sit,

**S**I QVIS dixerit opera, omnia, quæ ante iustificationē sūt  
quacūq; ratione facta sint, vere esse peccata, vel odiū dei me-



7 reri. Aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiã  
tanto eum grauius peccare. Anathema sit.

8 **S**I QVIS dixerit geennæ metum, per quem ad dei miseri-  
cordiã de peccatis dolendo confugimus, vel à peccãdo absti-  
nemus, peccatũ esse, aut peccatores peiores facere. Anathema sit.

9 **S**I Quis dixerit sola fide impiũ iustificari, ita vt intelligat nihil  
aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendam  
cooperetur: & nulla ex parte necesse esse eum suæ volũtatis motu  
præparari atq; disponi. Anathema sit.

10 **S**I QVIS dixerit hoics sine xpi iustitia per quã nobis meruit  
iustificari, aut peã ipsam formaliter iustos esse. Anathema sit

11 **S**I QVIS dixerit homines iustificari vel sola imputatione ius-  
titie christi, vel sola pctõrũ remissione exclusa grã & chari-  
tate, q̄ in cordibus eorũ p spũm sctm diffundat, atq; illis inhæreat  
aut etiã gratiã, qua iustificamur, esse tantũ fauorẽ dei. Anathe. sit.

12 **S**I QVIS dixerit fidem iustificantem nihil aliud esse q̄ fidu-  
ciam diuinæ misericordie peccata remittentis propter chris-  
tũ, vel eam fiduciam solã esse qua iustificamur. Anathema sit.

13 **S**I QVIS dixerit õni hõini ad remissionẽ pctõrũ assequendã  
necessariũ esse, vt credat certo, et absq; vlla hæsitatiõẽ ppriæ  
infirmitatis & indispositiõis peccata sibi esse remissa. Anathe. sit.

14 **S**I QVIS dixerit hõiem a pctis absolui ac iustificari ex eo qd̄  
se absolui ac iustificari certo credat: aut neminẽ vere esse iusti-  
ficatũ, nisi qui credit se esse iustificatũ: et hac sola fide absolutionẽ  
& iustificationem perfici. Anathema sit.

15 **S**I QVIS dixerit hõies renatũ ac iustificatũ teneri ex fide ad  
credendũ se certo esse in numero pdestinatorũ. Anathe. sit.

16 **S**I QVIS magnũ illud vsq; in finẽ perseverantiæ donũ fecer-  
to habiturũ absoluta & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc  
speciali reuelatione didicerit. Anathema sit.

17 **S**I QVIS iustificationis gratiã nõ nisi pdestinatis ad vitã cõ-  
stingere dixerit, reliquos vero oes, qui vocãtur, vocari quidẽ,  
sed gratiam non accipere, vt pote diuina potestate prædestinatos  
ad malum. Anathema sit.

- 18 **S**I QVIS dixerit dei p̄cepta, hoī etiā iustificato, & sub gr̄a cōstituto esse ad obseruādū impossibilia, Anathema sit.
- 19 **S**I QVIS dixerit, Nihil p̄ceptū esse in euāgelio p̄ter fidē, cetera esse indifferētia, neq̄ p̄cepta neq; phibita: sed libera, aut decem p̄cepta nihil pertinere ad christianos. Anathema sit.
- 20 **S**I QVIS hoīez iustificatū & quātūlibet p̄fectū dixerit nō teneri ad obseruantīā māditorū dei, & ecclesiā, sed tantū ad credendū: q̄si vero euāgeliū sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione obseruatōis māditorū. Anathema sit.
- 21 **S**I quis dixerit christū Iesū a deo hoibus datū fuisse vt redēptorē, cui fidant, nō etiā vt legislator ē cui obediant. Anathema sit.
- 22 **S**i quis dixerit iustificatū vel sine speciali auxilio dei in accepta iustitia perseuerare posse vel cū eo nō posse. Anathema sit.
- 23 **S**I quis hoīez semel iustificatū dixerit ā plius peccare nō posse, neq; gratiā amittere atq; ideo eū qui labit & peccat, nūquā vere fuisse iustificatū: aut contra, posse in tota vita pctā oīa etiā venialia vitare nisi ex speciali dei priuilegio quēadmodū de beata virgine tenet ecclesia. Anathema sit.
- 24 **S**I quis dixerit iustitiā acceptā nō cōseruari: atq; etiā nō augeri corā deo p̄ bona opera: sed opa ipsa fructus solū modo & signa esse iustificatiōis adeptæ nō etiā ipius augēdæ causā. Anathe. sit.
- 25 **S**I quis ī quolibet bono ope iustū saltē venialit̄ peccare dixerit aut (qđ itolerabilius ē) mortaliter, atq; ideop̄nas æternas mereri t̄m̄q; ob id dānari, q̄ deus ea opa nō iputet ad dānationē. Anath.
- 26 **S**i quis dixerit iustos nō debere pro bonis opibus q̄ in deo fuerint facta, expectare & sperare æternā retributionē a deo per eius miam, & Iesu christi meritū si bene agendo & diuina mandata custodiendo vsq; in finē perseuerauerint. Anathema sit.
- 27 **S**I QVIS dixerit nullū esse mortale peccatū nisi infidelitatis: Aut nullo alio quātūuis graui & enormi, præterquam infidelitatis peccato semel acceptam gratiam amitti. Anathema sit.
- 28 **S**I quis dixerit amissa p̄ peccatū gr̄a, simul & fidē semp̄ amitti, aut fidē q̄ remanet, nō esse verā fidē, licet nō sit viuā: aut eū qui fidē sine charitate habet, nō esse christianū. Anathema sit.



- 29 **S**I QVIS dixerit eū, qui post baptismū lapsus est, non posse per dei gratiā resurgere: aut posse quidē, sed sola fide amissa iustitiam recuperare sine sacramēto p̄nitentiæ, prout sc̄ta Romana & vniuersalis ecclesia a christo dño & eius apostolis edocta hucusque professā est, seruauit & docuit. Anathema sit.
- 30 **S**I QVIS post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori p̄nitenti ita culpā remitti, reatū æternæ p̄næ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus p̄næ tēporalis exoluendæ vel in hoc sæculo, vel in futuro in purgatorio ante quam ad regna cælorū aditus patere possit. Anathema sit.
- 31 **S**I QVIS dixerit iustificatum peccare dum intuitu æternæ mercedis bene operatur. Anathema sit.
- 32 **S**I QVIS dixerit hominis iustificati bona opera ita esse dona dei, vt nō sint etiam bona ipsius iustificati merita.: aut ipsum iustificatum bonis operibus, q̄ ab eo per dei gratiam & iesu christi meritum ( cuius viuū membrū est ) fūit, nō vere mereri augmentū gratiæ, vitam æternā & ipsius vitæ æternæ ( si tamē in gratiā decesserit ) cōsecutionē atq; etiā gloriæ augmentū. Anathema sit.
- 33 **S**I QVIS dixerit per hanc doctrinam catholicam de iustificatione à sancta synodo hoc præsentī decreto exp̄ssam, aliqua ex parte gloriæ dei, vel meritis iesu christi domini nostri derogari: & non potius veritatem fidei nostræ Dei deniq; ac christi Iesu gloria illustrari, Anathema sit.

**SECUNDVM DECRETVM**  
publicatum in sexta sessione.

**A**DEM sacro sancta synodus, eisdem præsentibus & Apostolicæ sedis legatis ad restituendam collapsam ad modum ecclesiasticam disciplinam, de prauatosq; in clero, & populo christiano mores emendandos se accingere volens, ab ijs, qui maioribus ecclesijs præsunt, initiū censuit esse sumendū. Integritas enim



præfidentiũ salus est subditorum. Conſciens itaq; per dñi ac dei  
 noſtri miſiam, prouidamque ipſius dei in terris vicarij ſolertiã om-  
 nino futurũ vt ad eccleſiæ regimẽ (onus quippe angelicis humeris  
 formidandũ) qui maxime digni fuerint, quorũque prior vita ac  
 omnis ætas à puerilibus exordijs vſq; ad perfectiores annos per  
 diſciplinæ ſtupediã eccleſiaſticæ laudabiliter acta teſtimoniũ præ-  
 beat: ſecũdum venerabiles beatorũ patrũ ſanctiõnes aſſumantur:  
 Omnis patriarchalibus, primatialibus, metropolitanis, & cathe-  
 dralibus eccleſijs quibuſcunq; quouis nomine ac titulo præfectos  
 monet, ac monitos eſſe vult, vt attendentes ſibi & vniuerſo gregi,  
 in quo ſpiritus ſanctus poſuit eos regere eccleſiam dei, quã acqui-  
 ſiuit ſanguine ſuo vigilant, ( ſicut apoſtolus præcipit ) in oibus la-  
 borent & miniſterium ſuũ impleant; implere autem illud ſe nequa-  
 quam poſſe ſciant, ſi greges ſibi cõmiſſos mercenariorũ more de-  
 lerant, atq; ouium ſuarũ, quarũ ſanguis de eorũ eſt manibus à ſu-  
 premo iudice requirendus caſtodix minime incumbant: cũ certif-  
 ſimũ ſit non admitti paſtoris excuſationem ſi lupus oues comedit,  
 & paſtor naſcit. Ac nihilominus quia nõ nulli ( quod vehementer  
 dolendũ eſt ) hoc tempore reperiũtur, qui propriæ etiam ſalutis,  
 immemores, terrena q; cæleſtibus, ac diuinis humana præferẽ-  
 tes, in diuerſis curijs vagantur, aut in negociorũ tẽporaliũ ſolicitudine  
 (ouili derelicto, atq; ouiu ſibi cõmiſſarũ cura neglecta) ſe detinẽt  
 occupatos, placuit ſacro ſanctæ ſynodo atiquos canones ( qui tẽ-  
 porũ atq; hominũ iniuria pene in deſuetudinẽ abierũt ) aduerſus  
 nõ residentes promulgatos innouare: quemadmodũ virtute p̄ſen-  
 tis decreti innouat, ac vltius pro firmiori eorumdem residentia,  
 et reformandis in eccleſia moribus, in hunc, qui ſequitur modum  
 ſtatueratq; lancire.

**S**I QVIS à patriarchali primatiali, metropolitana, ſeu cathe-  
 drali eccleſia ſibi quocunq; titulo cauſa, nomine, ſeu iure com-  
 miſſa, quacũque ille dignitate, gradu, & præeminẽtia præfulgeat  
 legitimo impedimẽto ſeu iuſtis & rationabilibus cauſis ceſſantibus  
 ſex menſibus cõtinuis, extra ſuã dioceſſim morando ab fuerit qua-

tae partis fructuū vnus anni fabricae ecclesiae, & paupibus loci per  
superiore ecclesiasticū applicadorū penā ipso iure incurrat. Quid  
si per alios sex mēses in huius modi absētia pseuerauerit, aliā q̄rtā  
partē fructuū similiter applicandā eo ipso amittat. Crescēte cōtu  
macia, vt seueriori sacrōrū canonū censuræ subijciatur, metropoli  
tanus suffraganeos episcopos absentes. metropolitanū vero absen  
tē suffraganeus episcopus antiquior residēs sub pœna interdicti  
in gressus ecclīae ipso incurreda infra tres mēses per literas seu Nū  
ciū Romano pōtifici denūciare teneatur, qui in ipsos absētes, pro  
vt cuiusque maior aut minor cōtumacia exegerit suae supremæ se  
dis auctoritate aiaduere, & ecclīis ipsīs de pastoribus vtiliori  
bus providere poterit; sicut in dño nouerit salubriter expedire:

**E**PISCOPIS inferiores quatuor beneficia ecclesiastica per  
sonalē residentiā de iure, siue cōsuetudine exigentia, in titu  
lum siue cōmendā obtinētes ab eorū ordinarijs (quēadmodū eis  
pro bono ecclesiarū regimine, & diuini cultus augmēto locorū &  
personarū qualitate p̄sata, expediēs videbit) opportunis iuris re  
medijs residere cogatur. Nullique priuilegia seu indulta perpetua  
de nō residēdo, aut de fructibus in absentia p̄cipiēdis, suffragetur,  
indulgētis vero & disp̄sationibus tēporalibus, exueris & rationa  
bilibus causis tantū cōcessis, & corā ordinario legitime probadis  
in suo robore permāsuris. Quibus casibus nihilominus officiū sit  
episcoporū, tanquā in hac parte a sede apostolica delegatorū, pro  
uidere vt per deputationē idoneorū vicariorū, & cōgruæ portiois  
fructuū assignationē, cura aiarū nullatenus negligat: nemini quo  
ad hoc priuilegio seu exēptione quacūq; suffragante. Ecclesiarū p̄lati  
ad corrigēdū subditorū excessus prudenter ac diligētē intendant:  
et nemo secularis clericus cuiusuis p̄sonalis, vel regularis extra mo  
nasteriū degens, etiā sui ordinis priuilegiū p̄textu, tutus censeatur  
quominus si deliquerit ab ordinario loci (tanquā super hoc à sede  
apostolica delegato) secundū canonicas sanctiones visitari, puniri,  
& corrigi valeat,

**C**APITVLA Cathedraliū & aliorū maiorū ecclesia



rum illorumq; personæ nullis exemptionibus consuetudinibus sententis iuramentis, concordijs, quæ tantū suos obligent auctores, nō etiam successores, tueri se possint, quominus à suis episcopis, & alijs maioribus p̄latis per se ipsos solos, vel illis, quibus sibi videbitur adiunctis, iuxta canonicas sanctiones, toties quotiens opus fuerit, visitari, corrigi, & emēdari, etiā auctoritate applica possint & valeāt.

¶ **N**ULLI episcopo liceat cuiusuis priuilegij p̄textu p̄tentialia in alterius diocesi exercere, nisi de ordinarij loci exp̄ssa licētia, et in personas eidem ordinario subiectas tantum: si secus factum fuerit episcopus ab exercitio pontificalium, & sic ordinati ab executione ordinum, sint ipso iure suspensi.

SEPTIMA SESSIO.

**I**N NOMINE dñi n̄ri Iesu christi Amē. Anno à natiuitate eiusdē millesimo quingētesimo quadragesimo septimo: indictione quinta die vero iouis tertia mēsis Martij, pontificatus sc̄tissimi in x̄po p̄ris & dñi n̄ri: domini Pauli diuina prouidētia papæ tertij, anno tertio decimo, Tridenti in ecclia cathedrali, in loco cōsueto celebrata fuit septima publica sessio sacro sancti œcumenici & generalis concilij Tridentini. In qua sessiōe inuocato auxilio sancti spiritus, & peragēdis omnibus de more peractis, publicata fuerunt infra scripta decreta, videlicet.

PRIMUM DECRETUM PVBLICATUM IN VII. SESSIONE TRIDENTINA DE SACRAMENTIS.



**D** CONSVMMATIONEM salutaris de iustificatione doctrinæ q̄ in p̄cedēti proxima sessione vno oim patrū cōsensu pmulgata fuit, cōsentaneū visum est de sc̄tissimis ecclesiæ sacramētis agere: per q̄ ois vera iustitia vel incipit vel cæpta augetur vel amissa reparat: p̄pterea sacro sc̄tæ œcumenica & ḡnalis Tridentina synodus in spiritu sc̄to legitime cōgregata: Præsidētib; in ea eisdē applicæ sedis legatis, ad errores eliminandos & extirpandas, hereses quæ



circa sanctissima ipsa sacramenta hac nostra tēpestate tū de dāna-  
tis olim à patribus nostris heresibus suscitata, tum etiā de nouo  
ad inuētā sunt: q̄ catholicæ ecclesiæ puritati, & aiarū saluti ma-  
gnopere officiant, sctārū scripturarū doctrinæ, apostolicis tra-  
ditionibus, atq; aliorum conciliorum & patrum consensui inhæ-  
rendo, hos p̄sentes canones statuendos & decernēdos censuit: re-  
liquos qui superāt, ad cæpti operis perfectionē, deinceps ( diuino  
spiritu adiuuante ) ædiuata,

## ✠ CANONES DE Sacramētis in genere.

1. **S**I QVIS dixerit sacramēta nouæ legis non fuisse oīa à Iesu  
Christo dño nō instituta; aut esse plura vel pauciora, quā sep-  
tē, videlicet, Baptismū, Cōfirmationē, Eucharistiā, Pœnitentiā,  
Extremā vnctionē, Ordinē & Matrimoniu: aut etiā aliq̄ horū  
septē nō esse vere & pprie sacramētum, Anathema sit.

2. **S**I QVIS dixerit ea ipsa nouæ legis sacramēta a sacramen-  
tis antiquæ legis nō differre nisi quia ceremoniæ sunt aliæ; &  
alij ritus externi. Anathema sit.

3. **S**I QVIS dixerit hæc septē sacramēta ita esse inter se paria,  
vt nulla ratione aliud sit alio dignius. Anathema sit.

4. **S**I QVIS dixerit sacramēta nouæ legis nō esse ad salutē ne-  
cessaria, sed superflua & sine eis; aut eorum voto per solam  
fidem homines à deo gratiam iustificationis adipisci, licet omnia  
singulis necessaria non sint. Anathema sit.

5. **S**I QVIS dixerit hæc sacramenta propter solam fidem nu-  
triendam instituta fuisse. Anathema sit.

6. **S**I QVIS dixerit sacramenta nouæ legis nō cōtinere gratiā  
quā significat; aut gratiā ipsam nō ponentibus obicē nō con-  
ferre: quasi signa tantū externa sint accepta per fidē gratiæ, vel iu-  
stitiæ, & nota q̄dam christianæ p̄fessionis, quibus apud homines  
discernūtur fideles, ab infidelibus. Anathema sit.

7. **S**I QVIS dixerit nō dari gratiā per huius modi sacramēta  
semper & oībus quantū est ex parte dei, etiā si rite ea susci-  
pant, sed aliquando, & aliquibus. Anathema sit.

- 8 **SI QVIS** dixerit per ipsa nouæ legis sacramenta ex opere operato nō conferri gratiam: sed solam fidē diuinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere. Anathema sit.
- 9 **SI QVIS** dixerit in tribus sacramētis, baptismo scilicet cōfirmatione, & ordine, nō imprimi caractērē in aīa, hoc est signū quoddā spūiale et idelebile vnde ea iterari nō possūt Anathema sit.
- 10 **SI QVIS** dixerit christianos ōnes in verbo & oibus sacramentis administrandis habere potestatem. Anathema sit.
- 11 **SI QVIS** dixerit in ministris dū sacramēta cōficiūt & cōferūt, nō requiri intētionē saltē faciēdi quod facit ecclesia. Anathe. sit.
- 12 **SI QVIS** dixerit ministrū in pctō mortali existētē modo oīa essentialia, q̄ ad sacramētū cōficiēdū, aut cōferendū pertinet seruauerit, nō cōficere, aut cōferre sacramētum. Anathema sit.
- 13 **SI QVIS** dixerit receptos & approbatos ecclesiæ catholicæ ritus in solēni sacramētorū administratione adhiberi cōsuetos, aut cōtēni, aut sine pctō à ministris phibito omitti, aut in nouos alios per quēcūque ecclesiarū pastore mutari posse, Anathema sit.

### **CANONES DE** Sacramēto baptisimi.

- 1 **SI QVIS** dixerit baptismū Ioannis habuisse eandem viū cū baptismo christi. Anathema sit.
- 2 **SI QVIS** dixerit aquā verā & naturalē nō esse de necessitate baptismi: atque ideo verba illa dñi nostri iesu christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto ad metaphorā aliquam detorserit. Anathema sit.
- 3 **SI QVIS** dixerit i ecclesia Romana (q̄ oīm ecclesiarū mater ē et magistra) nō esse verā debaptisimi sacramēto doctrinā. Ana. sit.
- 4 **SI QVIS** dixerit baptismū qui etiā datur ab hereticis in noīe patris, & filij, & spiritus sancti, cū intētionē faciēdi quod facit ecclesia, nō esse verum baptismū. Anathema sit.
- 5 **SI QVIS** dixerit baptismum liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem. Anathema sit.



- 6 **SI QVIS** dixerit baptizatū non posse, etiā si velit gratiam amittere quantūcunq; peccet, nisi nolit credere. Anathema sit.
- 7 **SI QVIS** dixerit baptizatos per baptismū ipm solius tātū iudei debitores fieri, nō aut̄ vniuersæ legis xp̄i seruādæ. Anath. sit.
- 8 **SI QVIS** dixerit baptizatos liberos esse ab oibus sctæ eccle-  
niæ p̄ceptis, q̄ vel scripta, vel tradita sunt, ita vt ea obseruare nō te-  
neantur, nisi se sua spōte illis submittere voluerint. Anathema sit.
- 9 **SI** quis dixerit ita reuocādos esse hoies ad baptismi suscepti-  
me in oriā, vt uota oīa, q̄ post baptismū fiūt, vi p̄missiōis in baptis-  
mo ipso iā factæ, irrita esse intelligāt: q̄si per ea, & fidei quā p̄fessi  
sunt, detrahatur, v ipsi baptismō. Anathema sit.
- 10 **SI** quis dixerit pctā oīa, q̄ post baptismū fiūt, sola recorda-  
tioe & fide suscepti baptismi vel dimitti, vel v̄ialia fieri. Anathe-
- 11 **SI** quis dixerit verū & rite collatum baptismū iterandū esse  
illi, qui apud infideles fidē christi negauerit, cum ad p̄nitentiam  
conuertitur. Anathema sit.
- 12 **SI** quis dixerit neminē esse baptizādū nisi ea ætate, qua chri-  
stus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo. Anathema sit.
- 13 **SI** quis dixerit paruulos eo quod actū credēdi nō habēt, sus-  
cepto baptismō, inter fideles cōputādos non esse: ac p̄pterea cū ad  
ānos discretiōis p̄uenit, esse vere baptizādos: aut p̄stare omitti eo-  
rum baptismā, quā eos nō actu proprio credētes baptizari in sola  
fide ecclesiæ. Anathema sit.
- 14 **SI** quis dixerit huiusmodi paruulos baptizatos, cū adoleuerint  
interrogandos esse, an ratū habere velint quod patrini eorū noie  
dū baptizarentur polliciti sunt, & vbi se nolle responderint, suo  
esse arbitrio relinquendos, nec alia interim p̄na ad xp̄ianā vitā  
cogēdos nisi vt ab eucharistiæ, aliorūq; sacramētōrū perceptione  
arceantur, donec resipiscant. Anathema sit.
- CANONES DE** sacramētō cōfirmatiōis.
- SI QVIS** dixerit confirmatiōē baptizatorū ociosam cere-  
moniam esse, et non potius veram & propriū sacramētū: aut  
olim nihil aliud fuisse quā Cathechestm quandā, quā ad electōiæ




proximi fidei suæ rationem coram ecclesia exponebunt. Anathe, sit.

2 **SI QVIS** dixerit iniurios esse spiritui sancto eos qui sacro confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt, Anathema sit.

3 **SI QVIS** dixerit sanctæ confirmationis ordinariū ministrum non esse solum episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem. Anathema sit.

**SECUNDVM DECRETVM PVBLI-**  
catum in vij. sessione super reformatione.



**Q**ADEM SACRO sancta synodus eisdem præsentibus & legatis inceptum residetia & reformationis negociū ad dei laudē & christianæ religionis incrementū psequi intendēs vt sequit̄ statuēdū celsuit, salua semper in oibus sedis apostolicæ auctoritate.

**AD CATHEDRALIVM** ecclesiarum regimē, nullus nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura, gravitate morū, literarūquæ sciētia, iuxta constitutionē Alexandri tertij, q̄ incipit Cū in cunctis, in cōcilio Lateranēsi pmulgatā p̄ditus assumat̄.

**NEMO QVACVNQVE** etiā dignitate gradu, aut præ eminentia præiulgens, plures metropolitanas, seu cathedrales ecclesias in titulum siue commendam, aut alio quouis nomine contra sacrorum canonum, instituta, recipere & simul retinere præsumat: Cum valde foelix sit ille censendus, cui vnā ecclesiā bene ac fructuose, & cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit. Qui aut plures ecclesias contra præsentis decreti tenorem nūc detinent, vna quam maluerint retenta, reli quas infra sex menses si ad liberam sedis apostolicæ dispositionem pertineant, alias infra annum dimittere teneantur; alioquin ecclesiæ ipsæ, vltimo obtēta dūtata excepta, eo ipso vacare cēseantur.

**I**NFERIORA beneficia, p̄sertim curā aīarū habētia, per-  
sonis dignis & habilibus, & q̄ in loco residere ac per se ipsos  
curā, ipsam exercere valeāt, iuxta cōstitutionē Alexandri tertij in la-  
teranensi, quæ incipit: Quia nō nulli, & aliā Gregorij decimi  
in Lugdunensi concilio, q̄ incipit, Licet canon; æditā conferantur:  
Aliter autē facta collatio siue prouisio omnino irritetur, & ordina-  
rius collator p̄nas cōstitutionis concilij generalis. Quæ incipit.  
Graue nimis, se nouerit in cursurū.

**Q**UICUNQUE de cetero plura curata, aut alias incōpa-  
tabilia beneficia ecclesiastica siue per viam vnionis ad vitā,  
seu cōmendæ perpetuæ, aut alio quocunq; nomine, & titulo con-  
traformā sacrorū canonū, & p̄sertim cōstitutionis Innocētij  
tertij, q̄ incipit. De multa, recipere ac simul retinere p̄sumperit,  
beneficijs ipsis iuxta ipsius cōstitutionis dispositionē, ipso iure, etiā  
p̄sentis canonis vigore priuatus existat.

**O**RDNARIJ locorū quoscūq; plura curata, aut alias incō-  
patibilia beneficia ecclesiastica obtinētes dispēsationes suas ex-  
hibere districte cōpellāt, & aliās procedāt iuxta cōstitutionē Gre-  
gorij decimi i generali lugdunēsi cōcilio æditā, quæ incipit: Ordi-  
narij, quā eadē sctā synodus innouādā censet, & innouat, Addens  
insuper quod ipsi ordinarij, etiā per idoneorū vicariorū deputatio-  
nē, & cōgruæ portionis fructuū assignationē oīno prouideant vt  
aīarū cura nullatenus negligat, & beneficia ipsa debitis obsequijs  
minime defraudentur, Appellationibus priuilegijs: & exemptio-  
nibus quibuscūq; etiā cū iudicij specialium deputatione & illorum  
inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus.

**U**NIONES PERPETVÆ A quadraginta  
annis citra factæ examinati ob ordinarijs tanquam a sede  
Apostolica delegatis possint: & quæ per subreptionem vel  
obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur, illæ vero quæ  
â dicto tempore citra concessæ, nondum in toto vel in parte  
fortitæ sunt effectum: & quæ deinceps ad cuiusuis instan-  
tiam fient, nisi eas ex legitimis aut alias rationabilibus causis,



coram loci ordinario vocatis quorum interest, verificandis, factas  
fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ præsumatur ac pro-  
pterea ( nisi aliter a sede Apostolica declaratum fuerit ) viribus  
omnino careant.

**B**ENEFICIA ecclesiastica curata, quæ cathedralibus, colle-  
giatis seu alijs ecclesijs, vel monasterijs, beneficijs seu colle-  
gijs, aut pijs locis quibuscunq; perpetuo vnita et annexa reperiū-  
tur, ab ordinarijs locorū annis singulis visitētur, qui solícite pro-  
uidere procurent, vt per idoneos vicarios etiā perpetuos ( nisi ip-  
sis ordinarijs pro bono ecclesiarū regimine, aliter expedire vide-  
bitur ) ab eis cum tertiæ partis fructuū, aut maiori vel minori, arbi-  
trio ipsorum ordinariorū portioe, etiā super certa re assignanda,  
ibidem deputādos, animarū cura laudabiliter exerceatur. Appel-  
lationibus, priuilegijs, exemptionibus, etiā cum iudicum depu-  
tatione, & illorum inhibitionibus quibuscūque in præmissis mini-  
me suffragantibus.

**L**OCORVM ordinarij ecclesias quascūque Quomodoli-  
bet exemptas, auctoritate Apostolica singulis ānis visitare  
teneātur, & opportunis iuris remedijs prouidere, vt quæ repara-  
tione indigēt, reparentur, & cura animarū, si qua illis imminet,  
alijs que debitis obsequijs minime defraudētur. Appellationibus,  
priuilegijs, consuetudinibus etiā ab immemorabili tēpore præ-  
scriptis, iudicum deputationibus & illorum inhibitionibus peni-  
tus exclusis,

**A**D MAIORES ecclesias promoti in unius cōsecrationis in-  
fra tempus à iure statutū suscipiant, & prorogationes vltra  
sex menses concessæ, nulli suffragentur.

**N**ON LICEAT capitulis ecclesiarum, sede vacante, infra  
annū a die vacatiōis, ordinandi licentiam aut literas dimisso-  
rias, seu reuerēdas ( vt aliqui vocant ) tam ex iuris communis dis-  
positione, quam etiā cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore  
alicui, qui beneficij ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione  
arctatus nō fuerit, concedere, si secus fiat capitulum contraueniēs



ecclesiastico subiaceat interdicto, & sic ordinati si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio clericali praesertim in criminalibus gaudeant: In maioribus vero ab executione ordinum ad bene placitum futuri praelati, sint ipso iure suspensi.

**A**cultates de promovendo a quocumque non suffragentur nisi habentibus legitimam causam, ob quam a propriis episcopis ordinari non possint, in literis exprimenda, & non ordinentur nisi ab episcopo in sua diocesi residente, aut pro eo pontificalia exercente & diligenti praevio examine.

**A**cultates de non promovendo praeterquam in casibus a iure expressis concessae, ad annum tantum suffragentur.

**P**raesentati seu electi, vel nominati quibusvis ecclesiasticis personis etiam sedis apostolicae Nuntiis, ad quavis ecclesiastica beneficia, non instituatur, nec confirmentur, nec admittantur, etiam praetextu cuiusvis privilegii, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore praescriptae, nisi fuerint prius a locorum ordinariis examinati & idonei reperti: et nullus appellationis remedio se tueri possit, quominus examen subire teneatur, Praesentatis tamen electis, seu nominatis ab universitatibus, seu collegiis generalium studiorum exceptis.

**I**n exemptorum causis constitutio Innocentii quarti, quae incipit, Volentes, in generali concilio Lugdunensi aedita servetur: quae eadem sacro sancta synodus innovandam censuit & innovat. Addendo in super quod in civilibus causis mercedum & miserabilium personarum clerici seculares, aut regulares extra monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiam si certum iudicem a sede apostolica deputatum in partibus habeant: in alijs vero si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs, tanquam in haec ab ipsa sede delegatis conveniri, & iure medio ad solvendum debitum cogi & compelli possint, privilegij, exemptionibus, conservatorum deputationibus & eorum inhibitionibus adversus praemissa nequaquam valituris.

**O**vrent ordinarij, ut hospitalia quaecumque a suis administratoribus (quocumque illi nomine censeantur) etiam quo

modolibet exemptis, fideliter & diligenter gubernentur: constitutionis concilij Vientiſis, quæ incipit. Quia contingit, forma ſeruata. Quam quidem conſtitutionem eadem ſancta ſynodus innouandã duxit & innouat, cum derogationibus in ea contentis.

**T**em hæc ſacro ſancta ſynodus ſtatuit & decreuit proximã futuram ſeſſionem habendam & celebrandam eſſe die iouis feria quinta poſt ſequentem dominicam in albis, quæ erit vigesima prima menſis Aprilis, præſentis anni milleſſimi quingentimi quadrageſimi ſeptimi.

**SEQVVTVR DECRETA ET**  
Canones eiufdẽ Concilij Tridentini nouiſſimi. Anno Dñi. 1551. ſub Iulio papa, iij.



**S**ACRO SANCTA œcumenica & generalis Tridentina Synodus in ſpiritu ſancto legitime congregata Præſidentibus in ea Reuerendiſſimo & illuſtriſſimo domino Marcello, tituli ſcti Marcelli. S. R. E. Cardinali Creſcẽtio & Reuerendiſſimis doctis Sebaſtiano Archiepo Sy pontino. & Aloyſio epiſcopo Veroneſi, ſanctæ apoſtolice ſedis legato & Nuntijs, & ſi in eum finem non abſq; peculiari ſpiritus ſancti ductu, & gubernatione cõuenerit, vt veram & antiquam de fide & ſacramentis doctrinam exponeret, vt hereſibus oĩbus & alijs grauiffimis incõmodis quibus dei eccleſia miſere nũc exagitata, & in mltas ac varias partes ſcĩdit, remediũ afferret, hoc p̄fertũ iã in dea principio in votis habuit, vt ſtirpitus cõuelleret zizania execrabiliũ errorũ & ſchiſmatũ q̄ inimicus hõ his nr̄is calamitoſis t̄poribus i doctrina fidei vſu, & cultu ſacro ſctẽ eucharistiæ ſupſeminauit, quã alioqui ſaluator nr̄ in eccleſia ſua rãq; ſymbolũ reliquit eius vnitatis & charitatis quã xp̄ianos oēs inter ſe cõiunctos & copulatos eſſe voluit. Itaq; eadẽ ſacro ſancta ſynodus ſanã & ſincerã illã de venerabili hoc & diuino eucharistiæ ſacramẽto doctrinã tra



dēs quā semper catholica ecclesia ab ipso iesu christo dño nostro  
& eius apostolis erudita atq; a spū sctō, illi omnē veritatē idies sug-  
gerēte edocta retinuit, & ad finē vsq; saculi cōseruauit, omnibus  
christi fidelibus interdicit ne post hac de sc̄tissima eucharistia ali-  
ter credere, docerē, aut prædicare audeant quam vt est hoc præ-  
senti decreto explicatum atq; definitum.

DE REALI PRAESENTIA DOMINI  
nri Iesu xpi in Eucharistiae sacramēto. Cpo. I.




**P**RINCIPIO docet sc̄tā synodus, & aperte ac sim-  
pliciter profitetur, in almo sc̄tē Eucharistiae sacramē-  
to post panis & vini cōsecrationē Dominū nostrum  
Iesum christū verū Deū atq; hoīem, vere realiter, ac  
substātaliter sub specie illarū rerū sensibiliū cōtineri  
nec enim hæc inter se pugnant, vt ipse saluator noster semper ad  
dexterā patris tn cælis assideat iuxta modū existendi naturalē &  
in multis nihilominus alijs locis sacramentaliter psens sua substātia  
nobis adsit, ea existēdi ratione quā & si verbis exprimere vix pos-  
sumus, possibilem tamē esse deo, cogitatione per fidem illustrata  
assequi possumus & cōstantissime credere debemus. Ita enim ma-  
iores omnes nostri quot quot in vera ecclesia christi fuerunt qui de  
sanctissimo hoc sacramēto differuerunt, apertissime professi sunt  
hoc tā admirabile sacramētū in vltima cæna redēptorē nostrum  
instituisse, cū post panis viniq; benedictionē se suū ipsius corpus  
illis præbere ac suū sanguinē disertis & perspicuis verbis testatus  
est. Quæ verba a sanctis Euāgelistis cōmemorata, & a diuo Pau-  
lo postea repetita cū propriā illā & apertissimā significationem  
præferant secū dū quam a patribus intellecta sunt, indignissimū  
sane flagitiū est ea a quibusdam contentiosis & prauis hominibus  
ad fictitios & imaginarios tropos quibus veritas carnis & sangui-  
nis christi negatur, cōtra vniuersum ecclesiæ Iesum detorqueri, q̄  
tanq; columna & firmamentum veritatis hæc impijs hominibus



exco gitata cōmēta velut sathanica detestata est grato semper &  
memore à nimo p̄stantissimū hoc christi beneficiū agnoscs.

## DE RATIONE INSTITVTIONIS huius sanctissimi sacramenti. Cap. ij.



**R**GO SALVATOR NOSTER discessurus  
ex hoc mūdo ad patrē sacramētū hoc instituit, in  
quo diuitias diuini sui erga hoīes amoris velut efflu-  
dit, memoriā faciens mirabiliū suorum, & in illius  
sumptione colere nos sui memoriā præcepit suāq;  
annūciare mortē donec ipse ad iudicandū mundū veniat. Sumiāt  
voluit sacramētū hoc tanq̄z spiritalē aiarū cibū, quo alantur &  
cōfortētur viuētes vita illius, qui dixit: Qui māducat me, & ipse  
yiuet propter me, & tanq̄z antidotū quo liberemur à culpis quo-  
tidianis, & à peccatis mortalibus præsēuemur, Pignus prætera  
id esse voluit futuræ nræ gloriæ & ppetuæ foelicitatis a deoq; sym-  
bolū vnus illius corporis, cuius ipse caput existit, cuiq; nos tāq̄z  
mēbra, arctissima fidei, spei, & charitatis cōnexiōe astrictos esse  
voluit, vt id ipsum oēs diceremus, nec essent in nobis schismata.

## DE EXCELLENTIA SANCTISSIMAE Eucharistiae super reliqua sacramenta: Cap. iij.

**Q**OMMUNE hoc quidē est sanctissimæ Eucharistiae cum  
ceteris sacramētis symbolū esse rei sacræ & inuisibilis gra-  
tiæ formā visibilem, verū illud in ea excellens & singulare reperi-  
tur, quod reliqua sacramēta tūc primū sanctificādi vim habent, cū  
quis illis vtiť. At in eucharistia ipse sc̄tatis Auctor ante vsū est,  
nōdū em̄ eucharistiā de manu dñi apostoli susceperant, cū vere ta-  
mē ipse affirmaret corpus suū esse quod præbebat, & semp hæc  
fides in ecclesia dei fuit, statim post consecrationē verū domini nr̄i  
corpus, verūq; eius sanguinē sub panis & vini specie vna cū ipsius

anima & diuinitate existere, sed corpus quidē sub specie panis, & sanguinē sub vini specie ex vi verborū, ipm autē corpus sub specie vini, & sanguinē sub specie panis, aiāmq; sub vtraq; , vi naturalis illius connexionis & concomitantiæ qua partes christi dñi, qui iā ex mortuis resurrexit, nō amplius moriturus, inter se copulantur. Diuinitatē porrō propter admirabilē illā eius cū corpore & aiā hypostaticā vnionē. Qua ppter verissimū est, tātūdē sub alterutra specie atq; sub vtraq; cōtineri, totus enim & integer xp̄us sub panis specie & sub quauis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie & sub eius partibus existit.

### DE TRANSSUBSTANTIATIONE. cap. iiii.

**Q**UONIAM autē christus redēptor noster corpus suū id quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit, ideo p̄suasū semp̄ in ecclesia dei fuit, idq; nūc denuo sc̄tā hęc synodus declarat p̄ cōsecrationē panis & vini conuersionē fieri totius substātiæ panis in substātiā corporis christi dñi nr̄i, & totius substātiæ vini in substātiā sanguinis eius q̄ cōuersio cōueniēter & proprie a sancta catholica ecclesia transsubstantiatio est appellata.

### DE CULTU ET VENERATIONE

huic sanctissimo sacramēto exhibenda, Ca. v.

**D**VLLVS itaq; dubitādi locus relinquitur quin oēs christifideles pro more in catholica ecclesia semp̄ recepto, latriæ cultū qui vero deo debetur huic sanctissimo sacramēto in veneratione adhibeāt. Neq; em̄ ideo minus est adorādū quod fuerit à xp̄o dño vt sumatur institutū, nā illū eundē deū præsentiē in eo adesse credimus, quē p̄ æternus introducēs in orbē terrarū dicit, & adorēt eū oēs angeli dei: quē magi procidentes adorauerūt: quē deniq; in Galilea ab apostolis adoratum fuisse scriptura testatur.

**DECLARAT** præterea sancta synodus pie & religiose ad modum in dei ecclesiam fuisse inductum hūc morē, vt singulis ānis peculiari quodam & festo die præcellum hoc & venerabile sacramētū singulari veneratione ac solēnitāte celebraretur vtq;



in processionibus reuerēter & honorifice illud per vias & loca publica circumferretur. Aequissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies cū christiani oēs singulari ac rara quadam significatione gratos & memores testētur animos, erga cōmunē dñm & redēptorē, pro tā ineffabili & plane diuino beneficio, quo mortis eius victoria & triumphus repræsentatur. Ac sic quidē oportuit victri cem veritatē demēdacio & heresi triūphū agere, vt eius aduersarij in conspectu tanti splēdoris, & in tanta vniuersæ ecclesiæ letitia positi, vel debilitati & fracti tabescant vel pudore affecti & confusi aliquando, resipiscant.

### DE ASSERVANDO EVCHARISTIAE sacramento, & ad infirmos deferendo. Cap. vj.

**Q**ONSVETVD Oasseruādi in sacrario sanctā eucharistiā a deo antiqua est vt eā sæculū etiā Niceni cōcilij agnouerit. Porro deferri ipsam sacrā eucharistiā ad infirmos, & in hūc vsū diligenter in ecclesijs cōseruari, præter q̄z quod cū sūna acquirate & ratione cōiūctū est, tum multis in cōcilijs p̄ceptū inuenit, & vetustissimo catholice ecclīæ more est obseruatū. Quare sc̄tā hæc synodus retinēdū oīno salutarē hūc & necessariū morē statuit,

### DE PRAEPARATIONE QVAE ADHI- bēda est vt digne quis sc̄tām eucharistā p̄cipiat. cap. vij.

**S**INON DECET ad sacras vllas functiones quēpiā accedere, nisi sancte, certe quō magis sanctitas, & diuinitas cōlestis huius sacramenti viro christiano comperta est eo diligentius cauere ille debet, ne absq; magna reuerentia & sanctitate ad id percipiēdū accedat, p̄sertim cū illa plena formidinis verba apud apostolū legamus. Qui manducat & bibit indigne, iudiciū sibi māducat & bibit nō diudicans corpus domini quare communicare volenti reuocandū est in memoriā eius præceptum, probet autē seip



sum homo, ecclesiastica autē consuetudo declarat, eā probationē necessariā esse, vt nullus sibi cōsciū mortalī peccatī quātūvis sibi cōtritus videatur, absq; præmissa sacramentali cōfessione ad sacrā eucharistā accedere debeat. Quod à christianis omnibus etiā ab hīs sacerdotibus qbus ex officio incubuerit celebrare, hæc scētā synodus perpetuo seruādum esse decreuit; modo non desit illis copia cōfessoris: quōd si necessitate urgente sacerdos absq; præuia confessione celebrauerit quam primū confiteatur.

DE VSV ADMIRABILIS HVIVS  
sacramenti. Cap. viij.

**Q**VO AD VSVM autem recte & sapienter patres nostri tres rationes hoc sanctū sacramētū accipiēdi distinxerūt, quosdā em̄ docuerūt sacramentaliter duntaxat id sumere vt peccatores. Alios tantū spiritualiter, illos nimirū qui voto propositū illū coelestem panē edentes fide viuā q̄ per dilectionem operatur fructū eius & utilitatē sentiūt. Tertios porro sacramentaliter simul & spiritualiter: hi autē sunt qui ita se prius probāt, & instruūt vt vestem nuptialē induti a diuinam hęc mensam accedāt: in sacramentali autē sumptione semp̄ in ecclesia dei mos fuit vt laici à sacerdotibus cōmunionē acciperēt, sacerdotes autē celebrātes seip̄s cōmunicarent, qui mos tanq; extraditionē apostolicā descendens iure ac merito retineri debet.

**DE MVVM** vero paterno affectu admonet. S. Synodus hortatur rogat & obsecrat per viscera mie dei nostri vt oēs & singuli qui christiano noīe censentur, in hoc vnitatis signo in hoc vinculo, in hoc concordiae simbolo iam tandē aliquando conueniāt, & cōcordent, memoresq; tantæ maiestatis & tā eximij amoris Iesu xpi domini nostri, qui dilectā aiām suā in nostræ salutis preciū, & carnem suam nobis dedit ad manducandū, hæc sacrā misteria corporis & sanguinis eius ea fidei constantia & firmitate, ea animi deuotione ea pietate & cultu credant & venerentur, vt panē illum sup̄

ubstantialē frequenter suscipere possint, & is vere eis sit aīe vita & perpetua sanitas mētis, cuius vigore cōfortati ex huius miseræ peregrinatiōis itinere ad cælestē patriam perueire valeāt, eandē panē Angelorū quem modo sub sacris velaminibus edunt absq; vllō velamine manducaturi.

**Q**VONIAM autem nō est satis veritatē dicere, nisi & detegatur & refellantur errores, Placuit. S. Synodo hos canones subiungere vt omnes iam agnita doctrina catholica intelligāt quoq; quæ illis hereses caueri vitariq; debeant.

✠ **CANONES** Sub sacramēto Eucharistiæ.

✠ **PRIMVS.**

**S**I QVIS negauerit in factissimo Eucharistiæ sacramēto cōtineri vere realiter, & substātaliter corpus & sanguinē vnā cū aīa & diuinitate dñi nrī Iesu xpī, ac p̄inde totū xp̄m: sed dixerit tñ modo esse in eo vt in signo vel figura, aut virtute. Anathe. sit.

✠ **SECUNDVS.**

✠ **S**I QVIS dixerit in sacro sancto Eucharistiæ sacramēto remanere substātiā panis & vini vnā cū corpore & sanguine dñi nrī Iesu christi, negaueritq; mirabilē illā & singularē cōuersionē totius substātiæ panis in corpus, & totius substātiæ vini in sanguinē manētibus dūtaxat speciebus panis & vini, quā qdē cōuersionē catholica ecclīa aptissime trāsubstātiationē appellat. Anathe. sit.

✠ **TERTIVS.**

✠ **S**I QVIS negauerit i venerabili sacramēto Eucharistiæ sub vna quaq; specie, & sub singulis cuiusq; speciei partibus separatione facta, totum christum contineri. Anathema sit.

✠ **QVARTVS.**

✠ **S**I quis dixerit pacta cōsecratiōe, in admirabili eucharistiæ sacramēto nō esse corpus & sanguinē dñi nostri Iesu christi sed tantū in vsu dum sumitur, nō autem ante vel post, & in hostiis seu particulis cōsecratis quæ post cōmunionē reseruātur vel supsunt non remanere verum corpus domini. Anathema sit.

✠ **Quintus.**



**SI QVIS** dixerit vel præcipuū fructū sanctissimæ eucharistiæ esse remissionē peccatorum vel ex ea non alios effectus provenire. Anathema sit.

#### SEXTVS.

**SI QVIS** dixerit in sancto eucharistiæ sacramēto Christum vnigenitum Dei filium non esse cultu patriæ etiam externo adorādū, atq; ideo nec festiua peculiari celebritate venerādū, neq; in processioibus secūdū laudabilē & vniuersalē ecclesiæ sanctarū ritū & cōsuetudinē solēniter circūgestandū, vel nō publice vt adoretur populo proponēdū, & eius adoratores esse idolatras Anath.

#### SEPTIMVS.

**SI QVIS** dixerit nō licere sacrā eucharistiā in sacrario reſeruari, sed statim post cōsecrationē astantibus necessario distribuēdā, aut nō licere vt illa ad infirmos honorifice deferatur Anath.

#### OCTAVVS.

**SI QVIS** dixerit Christū in eucharistia exhibitū spiritua-liter tantū manducari & nō etiā sacramentaliter ac realiter Anath.

#### NONVS.

**SI QVIS** negauerit oēs & singulos Christi fideles vtriusq; sexus cū ad annos discretionis puenierit teneri singulis annis saltē in paschate ad cōmunicādū iuxta pceptū. S. matris ecclesiæ Anath.

#### DECIMVS.

**SI QVIS** dixerit non licere sacerdoti celebranti seipsum communicare Anathema sit.

#### VNDECIMVS.

**SI QVIS** dixerit solā fidem esse sufficientē præparationē adsumendū in sanctissimæ eucharistiæ sacramentū anathema sit. Et ne tñ sacramentū indigne atq; ideo in mortē & condemnationē sumatur, statuit ac declarat ipsa sancta Synodus illis quos cōscientia peccati mortalis grauat, quantūcunq; etiam se cōtritos existimēt habita copia cōfessoris necessario præmittēdā esse cōfessionē sacramentalē. Si quis autē cōtrariū docere predicare vel p̄tinaciter asserere, seu etiā publice disputando defendere præsumperit, eo ipso excommunicatus existat.



**DECRETVM SVPER** reformatione, publicatū  
in Sessioe sacri cōcilij Tridentini, habita ij. octobris. 1551.

**Q**UADEM sacro sancta Tridētina Synodus in spiritu sancto  
legitime congregata Præsidentibus in ea eisdē sanctæ sedis  
Apostolicæ legato & nuncijs, intēdēs nō nulla statuere quæ ad iurisdictionē pertinet Episcoporū vt iuxta proximæ sessionis decretū, illi in commissis sibi ecclesijs eō libentius resideant, quō facilius & cōmodius sibi subiectos regere, & in vitæ ac morū honestate cōtinere potuerint. Illud primū eos admonendos censet, vt se pastores nō percussores esse meminerint. Atq; ita præesse sibi subditis oportere, vt non in eis dominētur, sed illos tanq̄ filios & fratres diligant, elaborentq; vt hortando & monēdo ab illicitis deterreāt, ne vbi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatē peccare cōtigerit, illa Apostolicæ est ab eis seruanda præceptio, vt illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate & patientia, Cum sæpe plus erga corrigendos agat beniuolētia quàm austeritas, plus exhortatio quàm comminatio, plus charitas quàm potestas. Sin autē ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lænitate seueritas adhibenda est. Vt sine asperitate disciplina populis salutaris, ac necessaria cōseruetur. Et qui correpti fuerint emendentur, aut si relī piscere noluerint, coeteri salubri in eos animaduersionis exēplo, à vitijs deterreantur. Cū sit diligentis & pij simul pastoris officium morbis ouīū lænia primū adhibere fomēta, post vbi morbi grauitas ita postulet, ad acriora & grauiora remedia descēdere: sin autē ne eā quidē proficiant illis summouēdis, cæteras saltē oues à cōtagionis periculo liberare.

**Q**UVM igitur rei criminū plerunq; ad euitandas pœnas & episcoporū subterfugiēda iudicia, querelas & graua mina simulēt, & appellationis diffugio, iudicis processum impediānt ne remedio ad innocentia præsidium instituto ad iniquitatis defensionem abutantur, vtque huiusmodi eorū calliditati & tergiversationi occurratur ita statuit & decreuit.

**L**INCAVSi S uiffitationis & correctionis, fiue habilitatis & inhabilitatis necnō criminalibus, ab epifcopo, feu illius in fpiritalibus vicario generali a tē diffinitiuā fententiā ab interlocutoria vel alio quocūq; grauamine, nō appelletur. Neq; epūs feu vicarius appellatiōi huiusmodi tanq̄ friuolae deferre teneat, fed ea acq̄cūq; inhibitione, ab appellationis iudice emanata, nec nō omni ftilo, & confuetudine etiā immemorabili cōtraria nō obftante, ad vltiora valeat procedere. Nifi grauamē huiusmodi p̄ diffinitiuā fententiā reparari, vel ab ipfa diffinitiuā reparari nō poffit, quibus cafibus facrorū & antiquorū canonū ftatuta illibata perfiftant.

### SECUNDVS Canon.

**A** fententiā epifcopi vel ipfius in fpiritalibus vicarij generalis, in criminalibus appellationis caufa ( vbi appellationi locus fuerit ) fi apostolica auctoritate in partibus eam cōmitti cōtigerit Metropolitano, feu illius etiā in fpiritalibus vicario generali, aut fi ille aliqua de caufa fufpectus foret, vel vltra duas legales dietas difter, feu ab ipfo appellatū fuerit, vni ex vicinioribus epīs, feu illorū vicarijs, nō autē inferioribus iudicibus cōmittatur.

### TERTIVS Canon.

**R**eus ab epifcopo aut eius vicario in fpiālibus, generali in criminali caufa appellās, corā iudice ad quē appellauit, acta primae instantiae omnino pducatur. Et iudex, nifi illis vifis, ad eius abfolutionē minime procedat. Is autē à quo appellatū fuerit intra triginta dies acta ipfa poftulanti gratis exhibeat. Alioquin abfq; illis caufa appellatiōis huiusmodi prout iufticia fuafert terminetur.

Cum vero tā grauia nōnūq; fiint delicta ab ecclefiasticis cōmiffa perfonis vt ob eorū atrocitatē ex facris ordinibus deponēdæ, & curiae fiint tradēdæ feulari, ī quo fecūdū sacros canones certus epifcoporū numerus requiritur, quos fi oēs adhibere difficile effet debita iuris exequutio differēt, fi quādo autē cōuenire poffent illorū refidentia intermitteretur, propterea ftatuit & decreuit.

### QVARTVS Canon.



Episcopo per se seu illius vicariū in spūalibus generalē cōtra clericū in sacris etiā presbiteratus ordinibus constitutū etiam ad illius cōdemnationē, nec nō verbalē depositionē, & perseipsum etiā ad actualē atq; solēnem degradationem ab ipsis ordinibus & gradibus ecclesiasticis in casibus in quibus aliorū episcoporū præsēntia in numero à canonibus definito requiritur, etiam absq; illis procedere liceat: adhibitis & in hoc sibi assistentibus totidē abbatibus vsū mitræ & baculi ex priuilegio apostolico habentibus s; in ciuitate aut diocesi reperiri, & cōmode interesse possint. Alioquin alijs personis in ecclesiastica dignitate cōstitutis, q̄ ætate graues ac iuris sciētia commēdabiles existant.

Et quoniā per fictas causas q̄ tñ satis pbabiles vident̄ interdū accidit vt nōnulli eiusmodi grās extorqueāt p̄ quas poenæ illis episcoporū iusta seueritate inflictæ, aut remittunt̄ oīno, aut minuitur cū nō ferēdū sit, vt mēdaciū ( quod tantoper e deo displicet ) nō modo ipsum impunitū sūt, verum alterius etiā delicti veniā impetret inēnti: iccirco vt sequitur statuit & decreuit.

#### QVINTVS Canon.

Episcopus apud ecclesiam suā residēs de subreptione, & obreptionē gratis q̄ sup absolutiōe alicuius publici criminis, vel delicti de quo ipse inquirere coeperat, aut r̄missiōe poenæ ad quā criminosis per eū cōdēnatus fuerit, falsis p̄cibus impetratur, p̄ seipsum tanq̄ sedis apostolice delegatus, etiā sūmarie cognoscat, ipsaq; gratiā postq̄ p̄ falsā narrationē aut veri taciturnitatē obtentā esse legitime cōstitērit nō admittat. Quñ vero subditi ep̄o tametsi iure correcti fuerint, magnope tñ eū odisse, & tanq̄ iniuria affecti sūt, falsa illi crimina obijcere solēt: vt quo quo pacto possint, ei molestiā exhibeāt. Cuius vexatiōis timor plerūq; illū ad inquirēda & puniēda eorū delicta segniorē reddit. Iccirco ne is magno suo & ecclesie in cōmodo gregē sibi creditū relinq̄re, ac nō sine ep̄alis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita statuit & decreuit.

#### SEXTVS Canon.

Episcopus nisi ob causam ex qua deponēdus sive priuandus



veniret, etiam si ex officio aut per inquisitionem, seu denunciatio-  
nem, vel accusationem siue alio quouis modo procedatur, vt perso-  
naliter compareat, nequaquam citetur vel moneatur.


SEPTIMVS. Canon.

TESTES in causa criminali ad informationem vel indicia seu  
alias in causa principali contra episcopum, nisi testes & bonae conuersa-  
tionis, existimationis & famae fuerint, non recipiantur, & si odio teme-  
ritate, aut cupiditate aliquid deposuerint grauius poenis mulcentur.

OCTAVVS. Canon.

CAUSAE episcoporum cum pro criminis obiecti qualitate comparere  
debeant, coram pontifice maximo referantur, ac per ipsum terminentur.

DOCTRINA DE SANCTISSIMA poenitentiae, &  
extremae unctiois sacramentis, publicata in quarta Sessione sacri con-  
cilij Tridentini, sub Iulio. PP, tertio, die xxv. Nouembris. 1551.



ACROS sancta oecumenica, & generalis Tridentina  
Synodus in spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus  
in ea eiusdem sanctae apostolice sedis legato, et nuncijs Quibus  
in decreto de iustificatioe multus fuerit de poenite-  
tiae sacramento propter locorum cognitionem necessaria quadam ratione  
sermo interpositus, tanta nihilominus circa illud in hac aetate di-  
uersorum errorum est multitudo, vt non parum publicae utilitatis retu-  
lerit, de eo exactior & plenior definitio tradidisset: in qua demo-  
stratis & conuulsis spiritus sancti praesidio vniuersis erroribus, ca-  
tholica veritas perspicua, & illustris fieret: quam nunc sancta haec  
Synodus christianis omnibus perpetuo seruanda proponit.

DE NECESSITATE ET INSTI-  
tutione sacramenti poenitentiae. Ca. j.

SI EA in regeneratis omnibus gratitudo erga deum esset vt iustitia  
in baptismo ipsius beneficio, & gratiam susceptam, constanter

tuerentur, nō fuisset opus aliud ab ipso baptismo sacramētū ad peccatorū remissionē esse institutū. Quā autē deus diues in mīa cogno-  
uit signētū nostrū, illis etiā vitæ remediū cōtulit, qui sese postea  
in peccati seruitutē, & demonis potestātē tradidissent, sacramētū  
videlicet Pænitiētiæ, quo lapsis post baptismū beneficium mortis  
christi applicat. Fuit quidē pænitiētia vniuersis hoibus qui se mor-  
taliquo peccato inquinassēt, quouis tēpore ad grām & iustitiā  
assequendā necessaria: illis etiā qui baptismi sacramēto ablui peti-  
uissent, vt peruersitate abiecta, & emēdata, tantū dei offensionē  
cū peccati odio, & pio animi dolore detestaretur, vnde propheta  
ait. Cōuertimini & agite pænitiētiā ab oibus iniquitatibus vestris  
& non erit vobis in ruīnā iniquitas. Dñs etiā dixit, nisi pænitiētiā  
egeritis oēs similiter peribitis: & princeps aplōrū Petrus, Pec-  
catoribus baptismō initiandis pœnitiētiā cōmendās dicebat, pœ-  
nitiētiā agite, & baptizetur vnusquisq; vestrū. Porro nec ante adue-  
tū xpī pœnitiētia erat sacramētū, nec est post aduentū illius cuiq;  
ante baptismū. Dñs autē sacramētū pœnitiētiæ tūc præcipue in-  
stituit, cū à mortuis excitatus insuslauit in discipulos suos dicēs,  
Accipite spiritū sanctū, quorū remisieritis peccata remittūtur eis:  
& quorū retinueritis retenta sunt, quo tam insigni facto & verbis  
tam perspicuis potestātē remittēdi & retinēdi peccata, ad recō-  
ciliandos fideles post baptismū lapsos apostolis, & eorū legitimis  
successoribus fuisse cōmunicatum, vniuersorū patrū cōsensus sem-  
per intellexit, & Nouatianos; remittendi potestātē olim pertinaci-  
ter negantes magna ratione ecclesia catholica tanq̄ hereticos ex-  
plosit atq; cōdemnauit. Quare verissimū hunc illorū verborum  
dñi sensum sancta hæc synodus probās, & recipiēs damnat eorū  
cōmentitias interpretationes qui verba illa ad potestātē prædicā-  
di verbum dei, & christi euangeliū annūciandi cōtra huiusmodi  
sacramenti institutionem falso detorquent.



## DE DIFFERENTIA SACRAMENTI

Pænitiētiæ & Baptismi. Cap. ij.



**Q**AETERVM hoc sacramētū multis ratiōibus à baptisimo differre dignoscitur, nā p̄ter q̄ materia & forma quibus sacramenti essentia perficit̄, lōgissime distinet, cōstat certe baptisimi ministrū iudicē esse nō oportere, cū ecclīa in neminē iudiciū exerceat, quinon prius in ipsam per baptisimi ianuā fuerit ingressus. Quid em̄ mihi ( inquit apostolus ) de his qui foris sunt iudicare? secus est de domesticis fidei, quos christus dñs lauacro baptisimi sui corporis mēbra semel effecit, nā hos si se postea crimine aliquo cōtaminauerint, nō iā repetito baptisimo ablui, cū id in ecclīa catholica nulla ratiōe liceat: sed ante hoc tribunal tanq̄ reos si sti voluit, vt per sacerdotū s̄nam, nō semel sed quoties ab admissis petis ad ip̄m p̄nitentes cōfugerēt, possent liberari. Alius est p̄terea baptisimi & alius p̄nitētiæ fructus: per baptismū em̄ christū induētes noua prorsus in illo efficiuntur, creatura plenā & integrā p̄tōrū oīm remissionē consequētes: ad quā tamē nouitatē & integritatem per p̄nitētiæ sacramentū sine magnis nostris fletibus & laboribus diuina id exigēte iustitia peruenire nequaq̄ possumus, vt merito p̄nitētia laboriosus quidā baptismus à sanctis patribus dictus fuerit est autē hoc sacramētū p̄nitentiæ lapsis post baptismū, ad salutē necessariū, vt nōdū regeneratis ipse baptismus.

## DE PARTIBVS ET FRVCTIBVS

huius sacramenti Cap. iij.

**O**CET præterea sancta synodus sacramēti p̄nitentiæ formam, in qua præcipue ipsius uis sita, est in illis ministriverbis positam esse, ego te absoluo, & cet. quibus quidem de ecclesiæ sanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam nequaq̄ spectant: neq; ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessariæ. Sunt autem quasi materia huius sacramēti, ipsius p̄nitentis actus, nempe contritio cōfessio & satisfactio, qui quatenus in p̄nitēte ad integritatē sacramēti, ad plenāq; & perfectam peccatorum remissionē ex dei institutionē requirūtur, hac ratiōe p̄nitentiæ partes dicunt̄, sanē uero res, & effectus huius sacramēti, quantū ad eius vim & efficaciam



pertinet, reconciliatio est cū deo, quā interdū in viris pijs, & cū deuotione hoc sacramētū percipientibus, cōsciētiae pax, ac serenitas cū vehemētī spūs consolatione consequi solet. Hæc de partibus & effectu huius sacramēti sancta synodus tradēs simul eorū sententias damnat qui pœnitentiæ partes inculcos cōsciētiae terrores & fide esse contendūt;

## DE CONTRITIONE. Cap. iiii.

**C**ONTRITIO quæ primū locū interdictos pœnitētes ac tus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato cōmissō: cū proposito nō peccādi de cætero, Fuit autē quouis tēpore ad impetrandā veniā pētōrū hic cōtritionis motus necessarius, & in homine post baptismū lapsō ita demū pparat ad remissionē pētōrū si cū fiducia diuinæ miæ, & voto præstādi reliqua coniūctus sit, q̄ ad rite suscipiendum hoc sacramētū requirūtur. Declarat igitur sancta synodus hanc cōtritionē nō solū cessationē à peccato, & vitæ nouæ propositū & inchoationē, sed veteris etiā odium continere, iuxta illud. Projicite a vobis oēs iniquitates vras in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouū, & spiritum nouū, & certē qui illos sanctorū clamores considerauit. Tibi soli peccaui, & malū corā te feci. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectūm meū. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ, & alios huius generis, facile intelliget eos ex vehemēti quodā antea tæ vitæ odio, & ingenti peccatorū detestatione mansisse. Docet præterea & si cōtritionē hanc aliquando charitate perfectā esse contingat, hominēq; deo reconciliare priusq; hoc sacramētum actu suscipiatur: ipsam nihilominus reconciliationem ipsi cōtritioni siue sacramēti voto, quod in illa includitur, nō esse adscribeudā: illā vero cōtritionē imperfectā q̄ attritio dicitur, qm̄ vel ex turpitudinis peccati cōsideratione, vel ex gehennæ & pœnarū metu cōmuniter cōcipitur, si volūtate peccādi excludat, cū spe veniæ, declarat nō solū non facere hominē hypocritam, & ma

gis peccatorē, verū etiā donū dei esse, & spiritus sancti impulsum, nō adhuc quidē inhabitātis, sed tantū mouētis: quo pœnitēs adiutns, viā, sibi ad iustitiā parat. Et quāuis sine sacramēto pœnitētiæ p se ad iustificationē perducere peccatorē nequeat, tamen eū ad dei gratiam in sacramēto pœnitētiæ impetrādā disponit. Hoc enī timore vtiliter concussi Niniuitæ ad Ionæ prædicationē plenam terroribus pœnitentiā egerunt, & miam a dño impetrarūt, Quā ob rē falso quidā calūniantur, catholicos scriptōres q̄si tradiderūt sacramētū pœnitētiæ absq; bono motu suscipientiu gratiā cōferre. Quod nūq; ecclesia dei docuit, neq; sensit. Sed & falso docēt, cōtritionem esse extortā & coactam non liberam & voluntariā.

## DE CONFESSIOE. Cap. v.

**E**X INSTITVTIONE sacramēti pœnitētiæ iam explicita vniuersa ecclesia semper intellexit, institutā etiā esse à dño integrā pœtorū confessionē, & oibus post baptismum lapsis iure diuino necessariam existere quia dñs noster Iesus xp̄s, æterris ascensurus ad coelos, sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tanq̄s præsidēs & iudices, ad quos oīa mortalia crimina deferātur, in q̄ christi fideles ceciderint, quō pro potestate clauū remissionis aut retētionis peccatorū sententiā p̄nūciēt. Cōstat enī sacerdotes iudiciū hoc, incognita causa exercere nō potuisse: nec equitatē quidē illos in pœnis iniūgēdis seruare potuisse, si in genere dūtaxat et nō potius ī specie, ac sigillatī sui ipsi pœtā declarassent. Ex his colligitur oportere à pœnitētibz oīa peccata mortalia, quorū post diligētē sui discussionē, cōsciētiā habēt, in cōfessione recēseri, etiā si occultissima illa sint, & tm̄ aduersus duo vltima decalogi p̄cepta cōmissa, q̄ nō nūq; animū grauius sauciāt: & periculosa sunt ijs, q̄ in manifesto admittūtur. Nā venialia quibus a gr̄a dei nō excludimur, & in quæ frequētius labimur, quāq; recte & vtiliter, citraq; omnē præsumptionē in confessiōe dicātur (quod piorū hominū vsus demonstrat) taceri tanē citra culpā, multisq; alijs remedijs



expiari possunt: verū cū vniuersa mortalia peccata, etiā cogitatio-  
nis, hoīes iræ filios ac dei inimicos reddant, necessū est omniū  
etiā veniā cū aperta & veracūda cōfessione à deo querere. Itaq;  
dū omnia quæ memoriæ occurrūt, peccata christifideles cōfiteri  
studēt, procul dubio omnia misericordiæ diuinæ ignoscēda expo-  
nūt. Qui vero secus faciūt, & scienter aliqua retinēt, nihil diuinæ  
bonitati per sacerdotem remittendū proponūt, si enim erubescat  
ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat medicina nō cu-  
rat. Colligit præterea etiā eas circūstātiās in cōfessione explican-  
das esse, q̄ speciē peccati mutāt, quod sine illis peccata ipsa nec à  
pœnitentibus integre exponātur, nec iudicibus innotescāt: & fieri  
neq̄at vt de gravitate criminū recte censere possint, & poenā quā  
oportet pro illis pœnitētibus imponere: vnde alienū à ratiōe est,  
docere circūstantiās has ab hoīibus ociosis excogitatas fuisse, aut  
vnā tantū circūstantiā cōfiteandā esse, nēpe peccasse in fratrem: sed  
& impiū est, cōfessionē, quæ hac ratiōe fieri præcipitur impossi-  
bilem dicere, aut carnificinam illā consciētiarū appellare. Cōstat  
enim nihil aliud in ecclesia à pœnitentibus exigi, quam vt postq̄  
quisq; diligentius se excusserit & conscientiæ suæ sinus omnes, &  
latebras explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus se dominum  
& deum suū mortaliter offendisse meminerit: reliqua autem pec-  
cata, que diligenter cogitanti non occurrūt, in vniuersum eadem  
confessione intelligantur esse inclusa pro quibus fideliter cū pphe-  
ta dicimus, Ab occultis meis mūda me dñe. Ipsa vero huiusmodi  
cōfessionis difficultas, ac peccata detegēdi veracūdia, grauis quidē  
videri posset, nisi tot tantisq; cōmodis, & consolationibus leuaretur,  
quæ omnibus digne ad hoc sacramentum accedentibus per  
absolutionem certissime cōferūtur, Cæterum quoadmodū cōfite-  
di secreto apud solum sacerdotem, & si christus non uerit quin  
aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cum  
ob aliorum exemplum, tum ob ecclesiæ offensæ ædificationem  
delicta sua publice cōfiteri possit, nō est tamē hoc diuino præcep-  
to mandatū, nec satis consulte humana aliqua lege præciperetur,



vt delicta, præsertim secreta publicâ essent cōfessione aperienda: Vnde cū a sctissimis & antiquissimis patribus magno vnanimiq; cōsensu secreta cōfessio sacramentalis, qua ab initio ecclesia sancta vsa est, & modo etiâ vtitur, fuerit semper cōmēdata, manifeste re fellitur inanis eorū calumnia, qui eā à diuino mandato alienam, & inuentū humanū esse, atq; à patribus in concilio Lateranensi congregatis initium habuisse docere nō verētur, Nec enim per Lateranense conciliū ecclesia statuit, vt christifideles cōfiterētur, quod iure diuino necessariū, & Institutū esse intellexerat: sed vt pceptū confessionis saltē semel in anno ab oibus & singulis, cū ad annos discretionis peruenissent impleretur. Vnde iā in vniuersa ecclesia cū ingenti animarum fidelium fructu obseruatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, & maxime acceptabili tempore quadragesimæ. Quem morē hæc sancta synodus maxime probat, & amplectitur, tanq̄ pium & merito retinendum.

## DE MINISTRO HVIVS SACRAMENTI & ABSOLUTIONE. Cap. vii.

**Q**IRCA MINISTRVM autē huius sacramenti declarat sancta synodus, falsas esse, & à veritate euāgelij penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quosuis homines, præter episcopos, & sacerdotes clauis ministeriū perniciosè extēdūt: Putātes verba illa dñi. Quæcūq; alligaueritis sup terrā, erūt ligata & i cælo & quæcūq; solueritis sup terrā, erūt soluta & in cælo, quorū remiseritis peccata, remittūtur eis & quorū retinueritis retenta sunt, ad omnes christifideles indifferenter & promiscue contra institutionem huius sacramenti ita fuisse dicta, vt quiuis potestatem habeat remittendi peccata, publica quidē per correptionē, si correptus acquieuerit, secreta vero per spontaneā confessionē cuicunq; factā Docet quoq; etiā sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem spiritus sancti in ordinatione collatam, tanq̄ christi ministros functionē remittendi peccata exercere; eosq; præcens

ire qui in malis sacerdotibus, hanc potestatem non esse cōtendūt.  
Quamuis autē absolutio sacerdotis alieni beneficij sit dispensatio,  
tamen non est solum nudum ministerium vel annuciandi euange-  
lium, vel declarandi remissa esse peccata, sed ad instar actus iudi-  
cialis, quo ab ipso velut à iudice, sententia pronūciatur: atq; ideo  
non debet poenitens a deo sibi de sua ipsius fide blandiri, vt etiam  
si nulla illi adsit contritio, aut sacerdoti animus serio agendi, & ve-  
rè absoluendi desit, putet tamen se propter suam solam fidem ve-  
re, & coram deo esse absolutum. Nec enim fides sine poenitentia  
remissionem vllam peccatorum præstaret, nec is esset nisi salutis  
sue negligentissimus, qui sacerdotem ioco se absoluentem cognos-  
ceret, & non alium serio agentem sedulo requireret.

## DE CASVVM RESERVA- TIONE. Cap. vij.

QVONIAM igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit,  
vt sententia in subditos duntaxat feratur, persuasum semper in ec-  
clesia dei fuit, & verissimū esse Synodus hæc cōfirmat, nullius mo-  
menti absolutionem eā esse debere, quam sacerdos in eum profert,  
in quem ordinariam, aut sub delegatam non habet iurisdictionem  
magnopere vero ad christiani populi disciplinam pertinere san-  
ctissimis patribus nostris visum est, vt atrociora quædam, & gra-  
uiora crimina non à quibusuis, sed a summis duntaxat sacerdoti-  
bus absoluerentur. Vnde merito Pontifices maximi pro suprema  
potestate sibi in ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas criminum  
grauiores suo potuerunt peculiari iudicio reseruare, nec dubitandū  
est (quando omnia, quæ à deo sunt, ordinata sunt) quin hoc idem  
episcopis omnibus, in sua cuiq; diocesi (in ædificationem tamen  
non in destructionem, liceat pro illis in subditos tradita supra re-  
liquos inferiores sacerdotes auctoritate: præsertim quò ad illa, qui-  
bus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delicto-  
rum reseruationem, consonum est diuinæ authoritati non tantum

in externa politia, sed etiam coram deo vim habere verū tamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem ecclesia dei custoditū semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis: atq; ideo omnes sacerdotes quoslibet poenitentes à quibusuis peccatis & censuris absoluerè possunt. extra quem articulum sacerdotes cum nihil possint in casibus reseruatis, id vnum poenitentibus persuadere nitantur, vt ad superiores, & legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant.

## DE SATISFACTIONIS

necessitate. Cap. viij.

DE MV M quò ad satisfactionem, quæ ex omnibus poenitentiaë partibus quemadmodum à patribus nostris christiano populo fuit per petuo tempore commendata, ita vna nostra maxime ætate summo pietatis prætextu, impugnatur ab ijs, qui speciè pietatis habent, virtutem autem eius abnegarunt. Sancta Synodus declarat, falsum omnino esse & à verbo dei alienum, culpam à domino nunquam remitti, quin vniuersa etiam poena condonetur. Perspicua enim & illustra in sacris literis exempla reperit̃ur, quibus præter diuinam traditionem, hic error quā manifestissime reuincitur. Sane & diuinæ iustitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint, aliter vero qui semel à peccati & dæmonis seruitute liberati, & accepto spiritus sancti dono, scientes, templum Dei violare, & spiritum sanctum contristare non formidauerint: & diuinam clementiam decet, ne ita nobis absq; vlla satisfactione peccata dimittantur, vt occasione acceptæ, peccata leuiora putantes velut iniurijs & contumeliosis spiritui sancto in grauiora labamur, thesaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quasi freno quodam coercent hæ satisfactoriæ poenæ, cautioreq; & vigilantiores in futurum poenitentes efficiunt: nedentur quoq; peccatorum reliquijs, & vitiosos habitus male viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt.



Neq; vero securior vlla via in ecclesia Dei vnquam existimata fuit ad amouendam inminentem à domino poenam, quam vt hæc poenitentiae opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quòd dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur: certissimam quoque inde arrhã habentes, quod si cõpatimur, & cõglorificabimur. Neq; vero ita nostra est satisfactio hæc, quã pro peccatis nostris exoluimus vt non sit per Christũ Iesum, nã qui ex nobis, tãquã ex nobis nihil possumus, eo cooperãte, qui nos confortat, omnia possumus, ita non habet homo vnde gloriatur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos poenitentiae, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur patri, & per illum acceptantur à patre. Debent ergo sacerdotes Domini quantum spiritus & prudentia suggererit, pro qualitate criminum, & poenitẽtium facultate salutare & conuenientes satisfactiones iniungere, ne si forte peccatis conueniant, & indulgentius cum poenitentibus agant, leuissima quaedam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præoculis, vt satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouae vitæ custodiam & infirmitatis inedicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem. Nam clauis sacerdotum non ad soluendum dumtaxat, sed ad ligadum concessas etiam antiqui patres & credunt & docent. Neque propterea existimarunt sacramentum poenitentiae esse forum iræ vel poenarum, sicut nemo vnquam catholicus sensit, ex huiusmodi nostris satisfactionibus vim meriti, & satisfactionis Domini nostri Iesu Christi vel obscurari vel aliqua ex parte imminui: Quod dum nouatores intelligere nolunt, ita optimam poenitentiam nouam vitam esse docent, vt omnem satisfactionis vim, & vsuntollant.

DE OPERIBVS SATIS-

factionis. Cap. ix.

**DOCET** præterea tantam esse diuinæ munificentiae largi-  
tatem, vt non solum poenis sponte à nobis pro vindicando pecca-  
to susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis,  
sed etiam ( quod maximum argumentum moris est ) tempo-  
ralibus flagellis à deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud  
Deum patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus.

## **DOCTRINA DE SACRA- mento extremæ vnctionis.**

**VISVM** est autem sanctæ Synodo præcedenti doctrinæ  
de poenitentia adiungere ea quæ sequuntur de sacramento extre-  
mæ vnctionis quod nõ modo poenitentiæ, sed & totius christianæ  
vitæ quæ perpetua poenitentiâ esse debet consummatiũ existimatũ  
est à patribus. Primum itaq; circa illius institutionem declarat &  
docet quod clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quo-  
uis tempore voluit de salutaribus remedijs aduersus omnia omniũ  
hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in  
sacramentis alijs præparauit, quibus christiani conseruare se inte-  
gròs dum viuerent ab omni grauiori spiritus incommodo possint  
ita extremæ vnctionis sacramento finem vitæ tanquam firmissi-  
mo quodam præsidio muniuit. Nam etsi aduersarius noster occa-  
siones per omnem vitam quærat & captet, vt deuorare animas no-  
stras quoquo modo possit: nullum tamen tempus est, quo vehemẽ-  
tius ille omnes suæ versutiæ neruos intendat ad perdēdos nos pe-  
nitus, & à fiducia, etiã si posset, diuinæ misericordiae deturbandos:  
quam cum impendere nobis exitum vitæ prospicit. Instituta est  
autem sacra hæc vnctio infirmorum tanquam vere & proprie sa-  
cramentum noui testamēti à Christo domino nostro, apud Mar-  
cum quidē insinuatũ, per Iacobum autē apostolum ac domini fra-  
trē fidelibus cõmēdatum, ac promulgatũ. Infirmatur ( inquit ) quis  
in vobis, inducat presbiteros ecclesiæ & orēt super eũ vngētes eũ  
oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmũ & alleuiabit



eum dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis  
vt ex apostolica traditione per manus accepta, ecclesia didicit, do  
cet materiam, formam, proprium ministerium, & effectum huius sa  
lutaris sacramenti. Intellexit enim ecclesia materiam esse oleum  
ab episcopo benedictum. Nam vnctio aptissime spiritus sancti gra  
tiam qua inuisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat.  
Formam deinde esse illa verba per istam vnctionem &c. Res por  
ro & effectus huius sacramenti illis verbis explicatur, & oratio fidei  
saluabit infirmum & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit di  
mittetur ei. Res etenim hæc gratia est spiritus sancti, cuius vnctio  
delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit,  
& ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ mi  
sericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus subleuatus, & morbi  
incommoda, ac labores leuius fert, & tentationibus Dæmonis cal  
caneo insidiantis, facilius resistit, & sanitatem corporis interdum,  
vbi saluti animæ expedierit, cōsequitur. Iam vero quod attinet ad  
præscriptionem eorum qui & suscipere & ministrare hoc sacra  
mentum debent, haud obscure fuit illud etiam in verbis prædictis  
traditum. Nam & ostenditur illic, proprios huius sacramenti mi  
nistros esse ecclesiæ præsbiteros: quo nomine eo loco non ætate  
seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut E  
piscopi aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati per impositionem ma  
nuum præsbiterij: declaratur etiam, esse hanc vnctionem infir  
mis adhibendam, illis vero præsertim qui tam periculose decum  
bunt, vt in exitu vitæ constituti videantur. Vnde & sacramentum  
exeuntium nuncupatur. Quod si infirmi post susceptam hanc  
vnctionem conualuerint, iterum huius sacramenti subsidio iuuari  
poterunt cum in aliud si mile vitæ discrimen inciderint. Quare nul  
la ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam & dilucidam A  
postoli Iacobi sententiam docent, hæc vnctionem vel fomentum  
esse humanum, vel ritum à patribus acceptum, nec mādatum Dei  
nec promissionem gratiæ habentem: & qui illam iam cessasse asse  
runt, quasi ad gratiam curationum duntaxat in primitiua ecclesia



referenda esset: & qui dicunt itum, & vltim, quem sancta Romana ecclesia in huius sacramenti administratione obseruat, Iacobi Apostoli sententiæ repugnare, atq; ideo in alium commutandum esse, & deniq; qui hanc extremam vnctionem à fidelibus sine peccato contemni posse affirmant. Hæc enim omnia manifestissime pugnant cum perspicuis tanti Apostoli verbis; nec profecto ecclesia Romana, aliarum omnium mater & magistra aliud in hac administranda vnctione (quantum ad ea quæ huius sacramenti substantiam perficiunt) obseruat, quàm quod. B. Iacobus perscripsit. Neq; vero tanti sacramenti contemptus absq; ingenti scelere; & ipsius spiritus sancti iniuria esse posset.

HAEC sunt quæ de poenitentiae, & extremæ vnctionis sacramentis sancta hæc œcumenica Synodus profitetur, & docet, atq; omnibus christifidelibus credenda & tenenda proponit. Sequentes autem canones inuiolabiliter seruandos esse tradit: & asserentes contrarium perpetuo damnat & anathematizat.

CANONES DE SACRAMENTIS POENITENTIAE & extremæ vnctionis publicati in Sessione Tridentina habita xxv. no. 1551.

PRIMVS Canon.

SI QVIS dixerit in catholica ecclesia poenitentiam non esse verè & propriè sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis à Christo domino nostro institutum. Anathema sit.

SECUNDVS Canon.

SI QVIS sacramenta confundens ipsum baptismum, poenitentiae sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo sacramenta distincta non sunt, atq; ideo poenitentiam non recte secundam post naufragium tabulam appellari. Anathema sit.

TERTIVS Canon.

SI QVIS dixerit, verba illa domini saluatoris. Accipite spiritum sanctum; Quorum remisieritis peccata, remittuntur eis, &

quorum retinueritis, retenta sunt, non esse intelligenda de potestate remittēdi, & retinēdi peccata in sacramēto poenitentiae, sicut ecclesia catholica ab initio semper intellexit, detorserit autē, cōtra institutionē huius sacramenti, ad auctoritatē p̄dicādi euāgelii. Anathema sit.

#### QVARTVS Canon.

SI QVIS negauerit ad integram, & perfectam peccatorū remissionem requiri tres actus in poenitente, quasi materia sacramenti poenitentiae videlicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, quae tres poenitentiae partes dicuntur: aut dixerit duas tantū esse poenitentiae partes, & errores, scilicet incussos conscientiae a gnito peccato, & fidem conceptam ex euangelio, vel absolutione qua credit quis sibi per Christū remissa peccata. Anathema sit.

#### QVINTVS Canon.

SI QVIS dixerit eam contritionem, quae paratur per dissolutionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudinem, foeditatem, amissionē aeternae beatitudinis, & aeternae damnationis incursum, cum proposito melioris vitae, non esse verum, & vtilem dolorem, nec praeparare ad gratiam, sed facere hominē hypocritam, & magis peccatorem, demū illā esse dolorem coactū, & nō liberū, ac volūtariū. Anathema sit.

#### SEXTVS Canon.

SI QVIS negauerit confessionem sacramentalem, vel institutam, vel ad salutem necessariam esse iure diuino: aut dixerit modum secretae confitēdi soli sacerdoti, quem ecclesia catholica ab initio semper obseruauit, & obseruat alienum esse ab institutione, & mandato Christi & inuentum esse humanum. Anathema sit.

#### SEPTIMVS Canon.

SI QVIS dixerit in sacramento poenitentiae ad remissionē peccatorum necessariū non esse iure diuino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorū memoria cū debita & diligēti praemeditatione habeat, etiā occulta & quae sunt cōtra duo vltima decalogi p̄cepta, & circūstantias, quae peccati speciem mutāt. Sed eā cōfessionē



in tantum esse vtile: n ad erudiendum, & consolandū pœnitētem  
& olim obseruatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam im-  
ponendam: aut dixerit eos qui omnia peccata confiteri student, ni-  
hil relinquere velle diuinæ misericordiæ ignoscendum, aut demū  
non licere confiteri peccata venialia. Anathema sit.

✠ OCTAVVS Canon.

✠ SI QVIS dixerit confessionem omnium peccatorum, qua-  
tem ecclesia seruat esse impossibilem, & traditionem humanam à  
pijs abolendam, aut ad eam non teneri omnes, & singulos vtriusq;  
sexus christifideles iuxta magni concilij lateranensis, constitutionē,  
semel in anno, & ob id suadendum esse christifidelibus, vt non con-  
fiteantur tempore quadragesimæ. Anathema sit.

✠ NONVS Canon.

✠ SI QVIS dixerit absolutionem sacramentalem sacerdotis  
non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronūciandi,  
& declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum cre-  
dat se esse absolutum: aut sacerdos non serio, sed ioco absoluat: aut  
dixerit non requiri confessionem pœnitentis, vt sacerdos ipsum  
absoluere possit. Anathema sit.

✠ DECIMVS Canon.

✠ SI QVIS dixerit sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, po-  
testatem ligandi, & soluendi non habere: aut non solos sacerdotes  
esse ministros absolutionis, sed omnibus & singulis christifidelibus  
esse dictum. Quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata &  
in coelo: & quæcunq; solueritis, super terram, erunt soluta & in cœ-  
lo, & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum reti-  
neritis, retenta sunt, quorum verborum virtute quilibet absoluere  
possit peccata, publica quidem per correptionem duntaxat, si cor-  
reptus acquieuerit: secreta vero per spontaneā confessionē. Anath.

✠ VNDECIMVS Canon.

✠ SI QVIS dixerit episcopos non habere ius referuandi sibi  
casus, nisi quoad externā politia: atq; ideo casuū referuationē non  
prohibere quominus sacerdos à referuatis vere absoluat. Anathe.



## ¶ DVODECIMVS CANON.

¶ SI QVIS dixerit totam pœnam simul cum culpa remitti semper à Deo satisfactionēq; pœnitiū non esse aliā quàm fidē, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse. Anathema sit.

## ¶ TERDECIMVS CANON.

¶ SI QVIS dixerit pro peccatis quò ad pœnam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à sacerdote iniūctis, sed neq; sponte susceptis, vt ieiunijs, orationibus elemosinis, vel alijs etiam pietatis operibus, Atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum nouam vitam. Anathema sit.

## ¶ QVATVORDECIMVS CANON.

¶ SI QVIS dixerit satisfactiones, quibus pœnites per Christum Iesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atq; ipsum beneficium mortis Christi obscurantes. Anathema sit.

## ¶ QVINDECIMVS CANON.

¶ SI QVIS dixerit clauēs ecclesiæ esse datas tantum ad soluendum non etiam ad ligandum, & propterea sacerdotes dum imponunt pœnas confitentibus agere contra finem clauium & cōtra institutionem Christi, & fictionem esse, quod virtute clauū sublata pœna æterna: pœna temporalis plerunq; exoluenda remaneat. Anathema sit.

## ¶ CANONES DE SACRAMENTO extremæ vnctionis. PRIMVS CANON.

¶ SI QVIS dixerit extremam vnctionem non esse vere & proprie sacramentum à Christo Domino nostro institutum & à beato Iacobo Apostolo pro mulgatum: sed ritum tantū acceptum à patribus aut figmentum humanum. Anathema sit.

## ¶ SECVDVS CANON.

¶ SI QVIS dixerit sacram infirmorum vnctionem non cōferre gratiā, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos: sed iā cessasse, quasi olim tantū fuerit gratia curationū. Anathema sit.

## TERTIVS CANON.

**S**I QVIS dixerit extremæ vñctionis ritum & vsum quem obseruat sancta Romana ecclesia, repugnare sententiæ beati Iacobi Apostoli, ideoq; eum mutandû: posseq; à Christianis absq; peccato contēni. Anathema sit.

## QVARTVS Canon.

**S**I QVIS dixerit Præsbiteros Ecclesiæ quos beatus Iacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed a tate seniores in quavis cōmunitate, ob idq; proprium extremæ vñctionis ministrum non esse solum sacerdotem. Anathema sit.

## CANONES SVPER REFORMA- tionem publicati in supradicta, iiii. Sessione.

**Q**VM proprie Episcoporum munus sit, subditorū omniū vitia redarguere, hoc illis præcipue cauendū erit, ne clerici præsertim ad animarum curam constituti, criminosi sint, neue inhonestam vitam ipsis coniuuentibus ducant. Nam si eos prauis, & corruptis moribus esse permittant, quo pacto laycos de ipsorum vitijs redarguent: qui ab eis vno sermone conuinci possent, q̄ clericos ipsi patiantur esse deteriores. Qua etiam libertatē laycos corripere poterunt sacerdotes? Cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse quæ corripiunt. Monebunt propterea episcopi suos clericos in quocunq; ordine fuerint, vt conuersatione, sermone & scientia, commisso sibi Dei populo præcant: memores eius quod scriptum est. Sancti estote, quia & ego sanctus sum, & iuxta Apostoli vocem. Nemini dent vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium eorum, sed in omnibus exhibeant se sicut ministros Dei, ne illud Prophetiæ dictum impleatur in eis. Sacerdotes mei contaminant sancta & reprobant legem. Vt autem ipsi Episcopi id liberius exequi, ac quoquam prætextu desuper impediri nequeant, Eadem sacre sancta Tridentina Synodus præsidenti



bus in ea eisdem Apostolicæ sedis legato, & nuncijs, hos qui sequuntur Canones statuendos & decernendos duxit.

### PRIMVS CANON.

**CVM** honestius, ac tutius sit subiecto debitam præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deseruire, quam cum præpositorum scandalo gradum altiorum appetere dignitatum ei cui ascensus ad sacros ordines à suo prælato ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extra iudicialiter fuerit interdictus: aut qui à suis ordinibus, seu gradibus vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoueri faciēdo, aut ad priores ordines gradus, & dignitates, siue honores restitutio suffragetur.

### SECVNDVS CANON.

**ET** quoniam nonnulli Episcopi ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero carētes & populo christiano cum fere vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, nō quæ Iesu Christi, sed alienas oues, in scio proprio pastore quærentes dum per hanc sanctam Synodum se pontificalia officia in alterius Diocesi, nisi de loci ordinarij expressa licentia, & in personas eisdem ordinario subiectas tantum, exercere prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum, quasi episcopalem cathedram in loco nullius diocesis sua temeritate eligunt, & quoscumq; ad se venientes, etiam si suorum Episcoporum seu Prælatorum litteras commendatitias non habeant, clericali caractere insignire, & ad sacros etiā præbiteratus ordines promouere præsumunt. Quo plerunq; fit, vt minus idonei & rudes, ac ignari, & qui à suo Episcopo tanquam inhabiles & indigni reiecti fuerint, ordinati nec diuina officia peragere, nec ecclesiastica sacramenta valeant ministrare. Nemo Episcoporum qui titulares vocantur etiam si in loco nullius Diocesis etiam exēpto, aut aliquo monasterio cuiusuis ordinis resecerit, aut moram traxerint, vigore cuiusuis priuilegij sibi de promouendo quoscumq; ad se venientes, pro tempore concessi alterius subditū,



etiam prætextu familiaritatis, continuæ commensalitatæ suæ, absq; sui proprii Prælati expresso consensu, aut literis dimissorijs, ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere seu ordinare valeat. Contrafaciens ab exercitio pontificalium per annū, taliter vero promotus ab executione ordinū sic susceptorum, donec suo prælato visum fuerit ipso iure sint suspensi.

### TERTIVS CANON.

EPISCOPVS quoscunq; suos clericos præsertim in sacris constitutos, absq; suo præcedenti examine, & commendatitijs literis quacunque auctoritate promotos, licet tanquam habiles ab eo à quo ordinati sunt, probatos quos tamen ad diuina officia celebranda seu ecclesiastica sacramenta ministranda, minus idoneos & capaces repererit, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus de quo ei videbitur suspendere, & illis ne in altari aut aliquo ordine ministrarent, interdicare possit.

### QVARTVS CANON.

OMNES ecclesiarum prælati qui ad corrigendos subditorum excessus diligenter intendere debent, & à quibus nullus clericus per huius sanctæ Synodi statuta, cuiusvis priuilegij prætextu tutus censetur, quo minus iuxta canonicas sanctiones visitari puniri & corrigi possint. Si in ecclesijs suis resederint, quoscunque sæculares clericos qualitercunque exemptos, qui aliàs suæ iurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, quoties & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, tanquam ad hoc Apostolicæ sedis delegati corrigendi & castigandi facultatem habeant, quibuscunq; exemptionibus, declarationibus, consuetudinibus sententijs iuramentis, concordijs, quæ tantum suos obligent auctores, ipsis clericis ac eorum consanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus, & alijs quibuslibet, ipsorum exemptorum contemplatione, & intuitu minime suffragantibus.

### QVINTVS Canon.

IN SVPER cum nonnulli qui sub prætextu, quod super bonis, & rebus ac iuribus suis diuersæ eis iniuriæ, ac molestiæ inferant

tur, certos iudices per literas conseruatorias deputari obtinent, qui illos à molestijs, & iniurijs huiusmodi tueantur, ac defendant, & in possessione, seu quasi bonorum, rerum, ac iurium suorum manuteneant, & conseruent, neq; super illis eos molestari permittāt, eiusmodi litteras in plerisq; contra concedentis mētem ad reprobum sensum detorqueant. Iccirco nemini omnino cuiuscunque dignitatis, & conditionis sit, etiam si capitulum fuerit, conseruatoriæ literæ cum quibuscunque; clausulis, aut decretis, & quoruncunque; iudiciū deputacione, quocunque; etiam alio prætextu aut colore cōcessæ suffragentur ad hoc, vt coram suo Episcopo siue alio superiore ordinario in criminalibus & mixtis causis accusari & conueniri, ac contra eum inquiri & procedi non possit. Aut quō minus si qua iura ei ex cōsentione cōpetierint, super illis libere valeat apud iudicem ordinarium conueniri. In ciuilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos conseruatores iudices in iudicium trahere minime liceat, & si in his causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit vt electus ab eo cōseruator ab actore suspectus esse dicatur, aut si qua inter ipsos iudices conseruatorem & ordinarium controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos super suspitione, aut iurisdictionis competentia fuerit iudicatum. Familiaribus vero eius q̄ huiusmodi litteris conseruatorijs tueri solent, nihil illæ profint, præterquam duobus duntaxat. Si tamen illi proprijs eius sumptibus vixerint. Nemo etiam similium litterarum beneficio vltra quinquēnium gaudere possit. Non liceat quocunque conseruatoribus iudicibus vllum habere tribunal erectum: in causis vero mercedum aut miserabilium personarū huius sanctæ Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat. Vniuersitates autem generales ac collegia doctorum, seu scholarium, & regularia loca, necnon hospitalia actu hospitalitatem seruantia, ac vniuersitatum collegiorum locorum & hospitalium huiusmodi personæ in præsentī canone minime compræhēsa, sed exempta omnino sūt & esse intelligantur.



## SEXTVS Canon.

**Q**UIA vero et il habitus non facit monachum oportet tamen clericos vestes proprio cōgruentes ordini sem per deferre, vt per decentiam habitus extrinseci morum honestatem extrinsecam ostendant. Tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas religionisq; cōtemptus vt propriam dignitatem & honorem clericalem parupendentes, vestes etiam publice deferant laycales, pedes in diuersis ponētes, vnum in diuinis alterū in carnalibus. Propterea omnes ecclesiasticae personae, quantumcunq; exemptae, quae aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia aut beneficia quaeliacunq; ecclesiastica obtinuerint, si posteaquam ab episcopo suo etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalem illorum ordini ac dignitati congruentem & iuxta ipsius episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio ac fructibus, redditibus & prouentibus ipsorum beneficiorum, Nec non si semel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum & beneficiorum huiusmodi coherceri possint, & debeant, constitutionem Clem. v. in Concilio Viennensi aeditam quae incipit. Quoniam, in nouando, & ampliando.

## SEPTIMVS Canon.

**C**VM etiam qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari auelli debeat, qui sua voluntate homicidium perpetrauerit, etiam si crimen id nec ordine iudiciario probatum nec alia ratione publicum sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia etiam si curam non habeat animarum conferre liceat, sed omni ordine ac beneficio, & officio ecclesiastico perpetuo careat. Si vero homicidium non ex proposito, sed casu vel vim vi repellendo, vt quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium, & beneficia quaeliacunq; ac dignitates iure quodam modo dispensatio de-



beatum, committatur loci ordinario, aut ex causa. Metropolitano seu viciniori episcopo qui non nisi causa cognita, & probatis precibus ac narratis, nec aliter dispensare possit.

### ➤ OCTAVVS Canon.

➤ PRAETEREA quia nonnulli, quorum etiam aliqui veri sunt pastores, ac proprias oues habent, alienis etiam ouibus praesse quaerunt, & ita alienis subditis quandoque intendunt, ut suorum curam negligant. Quicumque etiam episcopali praeditus dignitate, qui alienos subditos puniendi privilegium habuerit, contra clericos sibi non subiectos, praesertim in sacris constitutos, quorumcunque etiam atrocium criminum reos, nisi cum proprii ipsorum clericorum episcopi, si apud ecclesiam suam resederit, aut personae ab ipso episcopo deputandae interuentu, nequaquam procedere debeat. Alias processum & inde secuta quaecumque viribus omnino careant.

### ➤ NONVS Canon.

➤ ET quia iure optimo distinctae fuerunt dioeceses, & Parrochia ac unicuique gregi proprii attributi pastores, & inferiorum ecclesiarum rectores qui suarum quisque ouium curam habeant, ut ordo ecclesiasticus non confundatur, aut vna & eadem ecclesia duarum quodam modo Diocesum fiat, non sine graui eorum incommodo qui illi subditi fuerint, beneficia vnius dioecesis, etiam si parochiales ecclesiae, vicariae perpetuae, aut simplicia beneficia, seu praestimonialia, aut praestimonialia portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum diuinum aut numerum beneficiatorum, aut alia quacunque de causa, alterius dioecesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco etiam pio perpetuo non vniantur. Decretum huius sanctae Synodi super huiusmodi vnionibus in hoc declarando.

### DECIMVS Canon.

**REGVLARIA** beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueta, cum per obitum, aut resignationem, vel aliâs illa in titulum obtinentis vacare contigerit, religiosi tantum illius ordinis, vel his qui habitum omnino suscipere, & professionē emitte teneantur, & non alijs (ne vestem lino lanaq; contextam induant) conferantur.

**VNDECIMVS** Canon.

**QVIA** vero regulares de vno ad alium ordinem translati facile à suo superiore licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi & apostatandi occasio tribuitur, nemo cuiuscunq; ordinis prælatus, vel superior vigore cuiusuis facultatis, aliquem ad habitum & professionem admittere possit, nisi vt in ordine ipso ad quem transfertur sub sui superioris obedientia in claustro perpetuo maneat. Ac taliter translatus, etsi canonicorum regularium fuerit, ad beneficia secularia etiam curata omnino incapax existat.

**DVODECIMVS** Canon.

**NEMO** etiam cuiusuis dignitatis ecclesiasticæ vel sæcularis, quacunq; ratione, nisi ecclesiam, beneficium, aut capellam de nouo fundauerit, & construxerit, seu iam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis proprijs, & patrimonialibus bonis cõpetenter dotauerit, ius patronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debeat. In casu autẽ fundacionis, aut dotacionis huiusmodi, institutio episcopo & non alteri inferiori referuetur.

**TERDECIMVS** Canon.

**NON** liceat propterea patrono cuiusuis priuilegij prætextu aliquem ad beneficia sui iuris patronatus, nisi episcopo loci ordinario, ad quem prouisio seu institutio ipsius beneficii cessante priuilegio iure pertineret quo quomodo præsentare, aliâs præsentatio ac institutio forsam secutæ nullæ sint & esse censeantur.

**DECLARAT** præterea sancto Synodus in futura Sessione quã ad xxv. diẽ Ianuarij subsequentis anni Millefimi quingentesimi quinquagesimi secundi habendam esse iam decreuit, vna cum sa-



crificio missæ agendum & tractandum, etiam esse de sacramento ordinis, & prosequendam esse materiam reformationis.

## DECRETVM DE SVSPENSIONE

concilij publicatum. xxix. Aprilis. 1552.

SACROSANCTA œcumenica & generalis Synodus Tridentina in Spiritu sancto legitime cōgregata præsidentibus in ea reuerēdissimis dominis Sebastiano archiepiscopo Sipontino & Aloyso episcopo veronēsi, apostolicis nuncijs tam eorū proprio quā reuerēdissimi & illustrissimi domini Marcelli tituli sancti Marcelli. S. R. E. Cardinalis crescentij legati ob aduersam eius grauissimam valetudinem absentis nomine non dubitat, christianis omnibus patere hoc concilium œcumenicum Tridentinū primo à Paulo tertio foelicis recordationis conuocatum, & collectum fuisse, deinde à sanctissimo domino nostro Iulio tertio essetate Carolo quinto Augustissimo Imperatore ea præcipue causa fuisse restitutum, vt religionem in multis orbis partibus & præsertim in Germania in diuersas opiniones miserabiliter distractā in statum pristinum reuocaret, abusus & mores christianorum corruptissimos emendaret: cumq; ad hoc agendum quamplurimi patres nulla laborum suorum periculorumq; habita ratione ē diuersis regionibus alacriter confluxissent, resq; strenue magno fidelium concursu foeliciterq; procederet, ac spes esset non leuis, illos Germanos ( qui eas nouitates excitant ) in concilium venturos sic animatos, vt veris ecclesie rationibus vnanimiter acquiescerent, lux deniq; quædam rebus affulisse videretur, caputq; attollere inciperet profligata antea & afflictæ respublica christiana, ij repente tumultus ea bella ( hostis generis humani versutia ) exarserunt vt conciliū velut hædere, ac suū cursum interrumpere satis incommode cogeretur, spesque omnis vterioris progressus hoc in tempore tolleretur, tantumq; aberat vt sancta Synodus christianorū malis, & incommodis mederetur, vt multorum mentes præter sui animi sententiam irritaret, potiusquā placaret. Cum igitur ipsa



sancta Synodus omnia & praecipue Germaniam armis ardere, & discordijs videret, omnes ferè episcopos, Germanos, praesertim Principes electores suis consultum ecclesijs è concilio abissie, decreuit tantae necessitati non reluctari, & ad meliora tempora reticere; vt patres (quod eis nunc agere non licet) suis ouibus respectu, ad suas ecclesias regredi valerent, ne diutius vtrobiq; inutili ocio conterantur, atq; ita (quoniam sic temporum conditio tulit) huius oecumenici concilij Tridentini progressum per biennium suspendendum fore decernit, prout praesenti decreto suspendit: ea tamen lege, vt si citius pacata res sit, ac tranquillitas pristina reuertatur, quod sperat dei optimi Max. beneficio non longo fors spacio futurum, ipsius concilij progressus eodem met tempore suam vim firmitatem, vigoremq; habere censeatur. Sin autem (quod Deus auertat) peracto biennio praedicta legitima impedimenta non fuerint summotae, quam primum cessauerint, talis suspensio eo ipso sublata esse intelligatur, ac suus vigor, & robur concilio sit restitutum, & esse intelligatur, sine alia noua concilij conuocatione: accedente ad hoc decretum consensu & auctoritate sanctitatis suae & sanctae sedis apostolicae. Interea tamen sancta Synodus exhortatur omnes Principes christianos, & omnes praelatos, vt obseruet & respectiue (quatenus ad eos spectet) obseruare faciant in suis regnis, dominijs & ecclesijs omnia & singula quae per hoc sacrum oecumenicum concilium fuerunt hactenus statuta, & decreta.

**H**AEC decreta sacrosancti concilij Tridentini iussu reuerendissimi domini & serenissimi Principis. D. Henrici S. R. E. tituli sanctorum quatuor Coronatorum Cardinalis, & Infantis Portugalliae typis tradita fuerunt: & cum autentico transumpto.

quod ipsius concilij secretarius ab originalibus

descripsit diligenter colla-

ta conueniunt & con-

cordant.



